11 Tertio, nota quod periti quamuis iurent ſemper poteſt admitti probatio in contrarium Alexan. in l. qui bona §. quod damnum ff. de damn.infec. nam menſurato agro ſi vna pars prætendit ſe leſam poteſt iterum negare menſuram, & de non prædiũ, & menſurandum Neuiz,conſ. 38.de Mont.in tract. fin. regnum cap.20. & victor recuperabit expreſſas ab aduerſario refert plures Sola in conſtit.Sabaud.fol.95. num.25.& num.28.verſ.tertio menſura; ſed hæc reuiſio menſuræ debet fieri infra annum quo elapſo amplius non datur Surd.

12 conſ.366.nu.18. cum ſeq.

13 Quarto dubitatur an ſit neceſſaria partis citatio in æſtimatione facienda,& Ann. ſing.78.cum Rot.Roman.deciſ.554.par.2.tom.2. pro affirmatiua opinione tenent, cum quod cognitio etiam extraiudicialis ſine partium conſenſu haberi nequit l.fin.C.ſi per vim, vel alio modo Creſc. deciſ. 2. de arbitr. & ſol. in conſtitu. Sabaud. fol. 94. num. 22.& 23. ait illum approbari menſuræ modum qui ſit partibus citatis, vel præſentibus ad certum locum ,& horam ex l. 3. l. fin. regund. cum pluribus authoribus, & quod experti ibunt ſuper faciem loci & Iudex debet præfigere diem quo ituri ſunt, & partes citare,vt eo tempore ſint præſentes Bald.in liquid.bona §.fin. ff. de damn. infect. allegatus per Foller.in pract. verb. rectè concipiatur cit. num. 23. nam melius periti poſſent præcipere rem præſentibus partibus litigantibus, quam abſentibus l. generaliter §. penult.C.de reb.cred.l.3. C. fin.regund.Bart. in l. tempus nu.11.ff.de dot. perleg.etiam ſi experti fuerint communiter à partibus electi vide Co-

uarr.

narr.var.reſol. cap. 13. num. 5.verſ.5.concluſio, & Caball. Milleloq.142.contrarium tamen tenet Muſcatell.p.6.mēbr.1.num. 124. vbi quod ſententia calculatoris etiam parte non citata valet,ſed prima opinio videtur eſſe verior, quam ſequutus fuit Ludouiſius ſanctiſſimus olim Summus Pontif.dec.545.n.9.

14 Quinto,animaduertas,ꝙ aggrimēſoribus ſalariū debetur pro menſuratione Natt. cōſ. 95. Alex. conſ. 21. vol. 7. Sed quis debet ſoluere ſalarium Surd. de alim. 9. 68. tit.1.ait debere ſolu. tam per emptorem quam per venditorem per tex.in l. 4. §. 1. verſ. & ſi menſor ff.fin.regund.Bart. in l.poſtulauerit num.2. ff. ad l. Iul.de adult.& Boer.deciſ.51. num.16. vide de hoc Solam loc.cit. nu.18.

15 Sexto, aggrimenſor falſam mēſurā denunciando tenetur de dolo, & conſequenter pœna falſi l. 1. §.ſi dolus ff.ſi mēſor falſ. modo dixi Anna alleg.207.Secus de lata culpa, vt ibi,& male menſurando ſiue æſtimando facit litem ſuam tenetur ad intereſſe Paris de Puteo de ſindic. verſ. lis §. arbitrer nū. 5. fol. 185. in p.7. vbi refert contra tabularios Thor.in Compend. deci.3.ver. officialis.Quid autē ſit probandum quando agi-

16 tur contra aggrimenſorem malè menſurantem Cala. de modo articul. num. 165. fol. 167. formalia verba ponit, quod tali caſu debes articulatim probare qualiter volebas à me emere decem iugera prædictis verbis, quia inter me,& te erat quæſtio de finibus.Item qualiter voluiſti ſcire ab aggrimenſore an ibi eſſent decem iugera prædij velan fines mei vſque ad talem locum protenderent, itē qualiter te in aggrimenſorē elegi, item qualiter meſſus fuiſti, & malè, item qualiter mihi denunciaſti prædium pro te menſuratum eſſe decem iugerum vel fines meos vſque ad finem pretendi, & inueni pauciora eſſe iugera, vel plus eſſe infinibus, item qualiter venditor cui prætiū ſolui pro decem iugeribus etiam in arte menſurandis agris,item qualiter dolo aggrimenſoris, vel lata culpa facta mēſuratio probantur hæc omnia in dicta l.1.cum l.ſeq. ff.ſi menſ.falſ.mod.dix. refert & ſequitur ſpecul. in tit. de paroc. §.hæc materia num.6. verſ. pono quod volebam emere vbi paulò inferius ſubijcit modum probandi contrarium ad tutamen aggrimenſoris ad eum te remitto. Reliqua in hac materia ſupple ex dictis Felyn.poſt Abb. in cap. quia iudicante extra de præſcript. vbi latè vltra

quos vide Iaſ. in §. quædam num. 78. verſ. aduertite etiam inſtit. de act. Nigr. in cap. Regn. cum ad obuiandum num. 5. verſ. ſimiliter etiam aggrimenſor vſque ad fin. Et in ſumma, qui in menſura ſentit ſe grauatum debet menſoris iniuſtitiam probare veluti ab eo aliquid in menſura fuiſſe gratioſè remiſſum, vel fraude interceptum, & hoc caſu ieuamen accipiet, vt clarè ſancitum eſt in l. grauatus C. de cenſ. & cenſit. lib. 10. vbi etiam limitatur tempus apponendi quærelam cõtra aggrimenſorem.

17 Sed aggrimenſor, qui falſam fecit relationẽ ad quid tenetur Sola in conſtitut. Sabaud. fol. 52. tit. de cenſ. gloſ. 1. & num teneatur de imperitia negatiuè per text. in l. ff. ſi menſor falſ. mod. dix. imputet enim ſibi qui opera aggrimẽſoris parum periti vſus eſt l. 1. §. ſi quoque ff. de act. & oblig at. & §. fin. inſtit. pro ſocio, & quod teneatur ad refectionem damn. dixere Flor. in l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. Bonacoſt. lib. comm. opin. tit. de malefic. num. 65. Thor. in Compend. deciſ. verb. officia-

18 lis, ſed regulariter omnis artifex tenetur de imperitia, & negligentia in arte ſua cum enim ſuam artem exerceat præſumitur idoneus, & videtur aſſerere ſe in illa arte eſſe peritum, & ideo tenetur de dolo, & lata culpa ex quo non debet exercere artem illam dum ignorat gloſ. in §. titulos verſ. ſi quidem Auth. de mandat. Princip. Caualc. deciſ. 26. par. 1. num. 15. & 16. Hinc euenit, quod miniſcalcus tenetur ad intereſſe ſi equus infirmatur ex aliquo medicamento, vel ferri impoſitione, vt ſi eum inchiodaſſet & ſic ad intereſſe lucri teſtantis, quia imperitia annumeratur culpæ §. præterea inſtit. ad l. Aquil. & qui per imperitiam peccauit, & commiſit ei debet inculpari l. illicitas §. ſicuti ff. de offic. præſid. & ita deciſum in Regia Audientia Principatus Apuleæ Principatus vltra, & decretum confirmatum in Mag. Cur. teſtatur Thor. in Compend. deciſ.

19 Septimo, peritorũ ſiuè tabulariorũ electio ſcripturã exigit ad effectum reddendi cõputationem validã cap. quoniam, & ibi Ioan. Andr. de probat. & hunc eſſe modum tutiorem, & optimum poſt Salic. cenſuit Capr. in repet. l. 2. num. 263. C. de reſcind. vendit. probat Lup. de vſur. comment. 2. §. 5. nu. 153.

20 Relatio tamen non debet fieri inſcriptis, & hanc eſſe magis communem opinionẽ fatetur Couarr. d. cap. 13. nu. 6. allegat text. in cap. teſtes 3. q. 9.

Digitized by Google

3.q. 9. nam ex vocis pronunciatione abſque ſcriptura facilius depræhenditur à Iudice fides, quam faciunt an ſit varia vel ſuſpetta.

21 Octauo, ęſtimatio facta à calculatoribus ſeparatim nō tenet Creſc.d.deciſ.2.de arbitr. quia ſimul conuenientes cōmunicato conſilio deliberare debent, & hoc modo extimationem facere Caball.millel.q.142.in fine.

22 Nono, q̄ñ agitur de faciendo appretio, ſeu æſtimatione rei non habetur ratio carestiæ quod modico durauit Alexa. & alij in l. prætia rerum ff.ad l.falcid. & ſic non attenditur tempus momentaneum duraturum peſtis belli, & careſtiæ, nec vltra triennium quando debetur ſuper certis bonis, & certo tempore Caualc.deciſ.27.nu.53.p.3.

23 Decimo, ęſtimatio quomodo faciēda eſt ꝓ appretio generali, & quomodo magis ęſtimetur predia vicina oppidis, quā longingua vltra Cāpag. & alios in prag. de appretio Natt. conſ.433. & æſtimatio terrarum an ſit facienda habita ratione prætiorum quibus conuicinæ venditæ fuerunt, ſiue valoris communi, ſiue fructuum, & ad quam rationem, ita vt dicatur probatus verus valor Barz. deciſ. Bon. 22.

24 Vndecimo, q̄ñ agitur de ęſtimando aliquid attenditur, ꝙ poſſit percipi ex fructibus per viginti annos, & tanti æſtimatur ſ. quia verò Leonis Auth.de non alien. Et in æſtimatione melioramentorum an ſit habenda ratio materiei tanquam ędificij diruti, an potius æſtimari debet valor ædificij conſiſtentis, & potius ex redditibus, qui ex eo percipiuntur, quā ex ipſa materia, & an æſtimari debet, quod fuit impenſum, vel melioratum, & quæ ſint illæ impenſæ, quæ veniunt reficiendæ, & an earum æſtimatio ſit facienda habito reſpectu ad valorem rei tempore quo factæ ſunt vel potius tempore quo ipſa res reſtituitur cum melioramentis, & plura circa ea vide Barz. latiſſimè in deciſ. Bon. 23.

25 Duodecimo, nota, ꝙ ſi vēditur res perito in arte nō poterit opponere remediū l.2. C. de reſcind.vend. eo ꝙ ſibi, & imputandum prout ſupra dictum eſt in 6.notab. vide latè Guttier.lib.1.pract.99.q.144

26 Decimotertio, peritus magni nominis poteſt prohibere alios ne vtantur tali ſigno nā multi videntes tale ſignū putant eſſe factum talis periti, & re vera eſt alterius ita Bar. in tract.de inſign.arm. col. 2. num.7.Caroc.de locat.& conduct. par.5. tit. de profeſſ.nu. 53.& 54. fol.257.

Sed an ipſimet periti in arte poſſint mutare relationes factas diſtingue, quod aut periti non ſunt electi à Iudice, & ſic à partibus, & tunc nullo modo poſſunt mutari, ſi verò ſunt electi à Iudice, diſtinguitur pariter, quod vel res eſt integra, & relationem poſſunt mutare, ſi verò non eſt integra, & nullo modo mutanda eſt ſic conſuluit Berous in conſ.144.num.53.vol.3.plura enim conceduntur re integra quæ alias denegarentur gloſ. in cap.in cauſis verſ.eum res de elect.Viu.deciſ.131.& Roman.conſ.22. vnde Peguera in deciſ.166. concludit mulierem ſecundo nuptam poſſe reaſſumere tutelam ſuorum filiorum amiſſam mortuo marito quando res eſt integra, & ſic tutela dictorum filiorũ non ſit ſuſcepta.

Plura alia ad hanc materiam pertinentia ſi appetis vide perMaſcar.d.concl.1174. & 654.Tepat.var.Iur. ſenten. tom. 1. tit. de æſtim. rer. & quant.plurim. commu. opin. diuerſ.tit.de probat. loc.9.c. 16.Tuſc.in ſuis pract.conclu. 286. litter. P.Menocch.conſ. 284.num.28.311.num.16.380 num.6.807.num.38. 199. nu. 11.& 480.num.3.& D.Riccius Collect.deciſ.136.& 1144.

DE IVRE FISCI.

L. ſi minori.

Textus hic benè declaratur per Gam.deciſ.Luſit. 40. Magon. deciſ.Floren. 109. & de Ponte de poteſt. Proreg.tit.de regal. impoſit. §.5.per totum, & ideo illis remicto.

SVMMARIVM.

1 *Nuncij Principum tenentur oſtendere litteras, alias poteſt eis reſiſti.*

2 *Iudex delegatus tenetur litteras ſuæ delegationis preſentare, idemque procedit in exequutore.nu. 3. & 4.*

5 *Procurator debet procuram exhibere alias non creditur.*

6 *Iuriſdictio non confertur ante præſentationem litterarum.*

7 *Citatio facta ante præſentationem commiſſionis, ob quam quis effectus, et contumax an poſſet dicere de nullitate contumaciæ.*

8 *Satellites non poſſunt quẽ capere niſi oſtendant man-*

mandatum.

9 *Commiſſionis tenor an oſtẽdi debet in originali, vel ſufficit exemplificatum.*

DE IVRE FISCI.

L. prohibitum.

1 FIt mẽtio in textu iſto de nuncijs Principum quibus non creditur ſine litteris, & ipſis volentibus aliorũ bona capere quilibet cuius inter eſt poteſt de facto reſiſtere, & merito quoniam Principis mandatum non poteſt probari niſi per ſcripturam per text. in l. vnica C. de mandat. Princip. l. probatorias C. de diuerſ. reſcript. lib. 12. vide Federic. conſ. 251 Rot. Rom. deciſ. 55. par. 1. & commun. opin. diuerſ. cap. 11. loc. 9. de probat. latè Achil. de Graſſ. deciſ. 2. de off. c. deleg. hinc Iudex delegatus nul-
2 lã habet Iuriſdictionem antequam litteras ſuæ delegationis præſentet l. qui abſenti in princip. ff. de acqu. poſſ. cap. ſuper eo de appell. Oltrad. conſ. 324. Caſtr. cõſ. 221. idemque procedit in exequutore delegato ad re-
3 cipiendum reſignationem beneficij, quia reſignationẽ beneficij recipere eſt iuriſdictionis Oltrad. conſ. 324. nu. 5. verſ. quarto declarat Feder. de Sen. conſ. 24. & ita pariter in Iudice ordinario, quando procedunt litteræ Principis, quod Titius non poſſit moleſtari ſuper certo crimine nam ſi poſtea Princeps ſcribat Iudici ordinario, vt procedat pro iuſtitia, non poteſt procedere niſi præſentatis litteris, alias teſtes examinati, & omnia acta ſunt nulla Signorel. conſ. 241. num. 3. pro-
4 ut etiam à ſimili dicendum in exequutore, qui non poteſt exequi anteà quam ſint preſentatæ ſibi litteræ exequutionis faciendæ plenè Gabr. lib. 2. tit. de exequut. concluſ. 3. vbi ponit regulam cum ampliationibus, & limitationibus. Itemque locum habet in procuratore nam
5 debet exhibere procuram cap. alia ex idem procur. & cap. cauſamque extra de Iudic. ſed tu vide Tuſc. concluſ. 835. lit. P.

Aſſerenti itaque ſe cum Principis mandato veniſſe non creditur niſi huiuſmodi mãdati litteras oſtẽdiderint Guid. Pap. deciſ. 322. faciunt notata per Boer. deciſ. 282. & latiſſimè Tuſc. concluſ. 154. lit. D. ante enim ſimilem litterarum exhibitionem, ac
6 preſentationem Iuriſdictio non confertur Franc. in cap. ſuper col. 4. de appell. alios referens. Turzan. reg. 40. Ann. alleg. 24. par. 1. quæ iuriſdictio

ctio ſi non apparet eſſe non præſumitur cap. ſollemnitates in fine de conſeru. diſt. 1. l.in lege C.de contrah. empt. quia cum ſit Principis debet ipſius conſenſu præſtari, & præſtatio ex litteris tantum exhibetur.

7 Et huc ſpectat,quod Iudex quod citauit aliquem ante præſentationem ſuæ commiſſionis, & illæ fuit reputatus contumax poterit dicere de nullitate contumaciæ ſecundum allegata per Ann.alleg. 143.par.2. & delegatio ſuperueniens non retrotrahitur,vt confirmet proceſſum,vel ſententiam illius, qui proceſſit, vt Iudex delegatus Guid.Pap deciſ. 286. Bald. in l.eum qui ff.de iuriſd.omn.iudic.& hinc etiam oritur, quod ſatellites non poſſunt capere aliquem
8 ſine mandato, & licentia quā tenentur oſtendere capiendo,& ſi hoc non faciunt poteſt licitè reſiſti Farin.tit.de carcer.& carcer.q.32. nu.31. cum ſeqq.& Grammat.theorema 19. Paris de Puteo in tract.de ſindic.verſ.captura num.15.Carauit.rit.36. num. 2. & 3.

9 Sed an delegatus teneatur mittere tenorem ſuæ commiſſionis in originali,vel ſufficit mitti exemplificatum ad effectum noſtrum,& ratione dubitandi videretur dicendum affirmatiuè per tex. in Authe. ſi quis in aliquo C. de eden. & l.ſancimus C. de diuerſ. reſcrip.tamen Minſyng. obſeru.1. centur.3.decidit ſufficere, quod mittatur exemplificatus vide D.Ricc.var.reſolut.reſolut.62. Sed quando exempli probet vide Aloyſ. de Leo in d.l. ſancimus nu. 5. vbi diſtinguit.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus nō poteſt cogere ſuos debitores ante diem, alias eius actio perimitur ſed an hodie actio perimatur nu.* 2.

3 *Induciæ non duplicantur hodie,ſed actor condemnatus ad expenſas litis; limita num.* 4.5.6.7.8. *&* 9.

DE IVRE FISCI.

L. iuſtas.

1 Fiſcus ante diem cogere non poteſt ſuos debitores, & ſi hoc facit actio perimitur hoc dicit vide Capiblanc. in ſing. 64. eſt textus in cap. 1. extra de plus petit etiam ſi eſſemus in dubio, vt quia non eſſet expreſſum ſi Fiſcus poſſet cogere ante diem ſuos debitores, quia ſemper nega-

Digitized by Google

negatiuè eſſet reſpondendum cum in dubio vtatur iure priuati, ac communi l. idem ff. de compenſat. l. cum vitioſè ff. de pign. l. de contractu C. de reſcind. vendic. l. fin. C. de vſur. fiſcal. lib. 10.

2 Sed nota, quod hodie non perimitur actio, ſed duplicantur induciæ, hoc eſt non totum tempus, ſed pro eo, quod reſtat arg. textus in l. aut §. quiſquis ff. de pœn. & ita Beluiſ. in prax. crim. tit. de fug. reorum, & eo elapſo, nec fiſcus auditur niſi refectis expenſis per reum emanatis §. hodie iuſtit de except. imò

3 his temporibus, nec duplicantur induciæ, ſed actor condemnatur ad expenſas litis cap. 1. extra de plus petit Ioſeph Ludou. deciſ. 51.

4 Limitatur tamen quando petitijt ante tempus non declarans ante tempus petere, quia ſi declarauit non duplicantur induciæ, & conſequenter non condemnatur ad expenſa Hyppol. ſing. 355.

5 Limitatur ſecundo, vt Fiſcus poſſit propter publicas neceſſitates occurrentes debitores ſuos ante tempus exigere, verum debet relinquere intereſſurium medium temporis l. 1. & ibi gloſ. & Bald. & Salic. C. de condit. ex leg. Afflict. in cap. 1. verb. vectigalia num. 51. Cyn. in l. 1. §. exactio C. de re vxor act. refert Bald. in Auth. damnatorum C. de bon. damnat. & cum hoc poſſunt cogi emptores gabellarũ ante tempus à republicis & ciuitatibus ſecundum Hyp pol. ſing. 355. Lauden. in tract. de Fiſco q. 25. & 246. Azz. in Summ. de priuil. Fiſc. poſt nu. 2. Afflict. in cap. ſi duo fratres num. 29. de frate nouiſſimè inueſt. Peregr. de Iur. Fiſci lib. 6. tit. 7. nu. 21.

6 Limitatur tertio in bannito cui bona ſunt confiſcata vel veniunt confiſcanda nam poteſt conueniri ante diem termini, quia bannitus dicitur vertere ad inopiam, & male vtitur re ſua etiam quod eius bona non ſint publicata Bart. Bald. & Ripa in l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim. vide Rebuff. lib. 29. 41.

7 Limitatur quarto, quando eſſet appoſita clauſula in libello ſaluo iure ſuperfl. Butr. in cap. 7. de libell. oblat. refert Iaſ. in §. tripli num. 25. in ſtit. de act. vide Mart. in tract. de clauſ. clauſ. 240.

8 Limitatur quinto, vt licet Fiſcus non poſſit petere ante diem, tamen ex cauſa poteſt petere, quod præſtet cautionem de ſoluendo adueniente die per tex. in l. in omnibus ff. de Iudic. & ſi eſſet debitor de fuga ſuſpectus, vt quia ſuam deteriorauit conditionem poſt contractum poteſt capi, & cogi ad hanc cautionem

nem Vrſill. ad Affliá. deciſ. 170.

9 Limitatur ſeſto, vt in hanc pœnam non incurratur niſi per litis conteſtationem glo. in cap. vnico de plus petat Abb.& alij in cap. ſignificantibus de libell.petit licet non deſinant DD.affirmantes non incidi pœnam niſi per ſententiam,vt per Bart.in l.in criminal.C.de iuriſd.omn.iudic. de quo vide latè Petr. à Seria lib.prag. for. q.3.

De hac materia vide Ferrar.in pract. ſub form. libell. in act. real. gloſ. deducendo fol.28.Afflict. deciſ.279. Villalob. commun.opin. litte.A. num.74.Marzar.de fideicom. q.61.Bero. conſ.188. lib.3. & plurimi alij relati per Farin. in fragm.criminal. par. 1. nu. 725. cum ſeqq.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus non poteſt auferre bona ſententiam limitanum. 5.*

2 *Defenſio eſt de iure naturæ.*

3 *Fiſcus non poteſt priuare contendentem re de qua litigatur.*

4 *Poſſeſſor prima facie iniuſtus non debet priuari ſua poſſeſſione abſque cauſæ cognitione.*

DE IVRE FISCI.

L.defenſionis facultas.

1 Habetur hic contra Fiſcum licere cuilibet ſe defendere,& ante ſententiam bona non auferri concordat textus in l.1.C. de exequ. rei iudic.eſt gloſ. in l. res quæ ff. de iur.Fiſc.cap.1. ſi de inueſt. inter domin. & vaſſall. lib. 1. oriat. Guid. Pap. deciſ. 366. Couarr.lib.1.variar. reſolut. cap.16.num.8. verſ. ſecundo, & ratio eſt, quia ſi Fiſcus agendo ante tempus eius actio perimitur ſicut cuiuſlibet priuati l. iuſtas ſupra eod.tit.noſtro, eo magis authoritate propria ante condemnationem capere non poteſt maximè quando copia Iudicis non deficit, nam quilibet tenetur ſe defendere, & defenſio eſt de iure naturæ, à ſupremo Principe nolli non

2 poteſt Marſil. conſ. 81. num. 40. & conſ. 52. num. 13. latè Tuſc.concluſ.130.lit.D.& vide quod dixi infra in l. miſſ. opinatores C. de exact. trib. lib.10. & in l. contra noſtra præcepta C.de exequ.lib. 12. & quod Fiſcus non poteſt li-

3 te pendente priuatum cum quo contendit re ipſa de qua tractatur priuare dixit optimè D. Valenzuela conſ. 582. nu. 20.Nouar.frater in quæſt. Forenſ.

forenſ. 57. lib. 2. ex gloſ. in l. res quæ ff. de iur. fiſc. & in l. litibus C. de agric. & cenſit. lib. 10. Guid. Pap. deciſ. 366. cap. 1. ſi de inueſt. inter dom. & vaſſal. lis oriat. cap. 1. de ſequeſtr. pecun. cap. voluimus 16. q. 4. Amat. deciſ. 30. num. 3. Rebuff. in cap. 1. notab. 7. de cauſ. poſſ. & in cap. cum Eccleſia Sutrina concluſ. 3. dicens non debite quem ſua poſſeſſione priuari niſi fuerit vocatus etiam ſi nullum ius haberet, vel eſſet violentus poſſeſſor l. meminerit C. vnde vi l. fur. C. ſi per vim, vel alio modo l. ſi pacto quo pœnam C. de pact. cap. licet de præbend. in 6. latè Ferrett. conſ. 339. num. 7. tom. 2. vbi quod poſſeſſor prima facie in iuſtas non debet ſua poſſeſſione priuari ſine cauſæ cognitione, & ſi fiat per Imperiale reſcriptum cap. conquerente de reſtit. ſpoliat. Afflict. deciſ. 98. num. 2. Guttier. conſ. 10. num. 15. Verall. deciſ. Rot. 121. num. 3. par. 1, per tex. in l. extat ff. de eo, quod met. cauſ. l. ſi quis in tantam C. vnde vi, & alijs, ſimilibus per eum relatis adde Rom. ſing. 773. Caſſador deciſ. 4. de ſequeſtr. pecun. Dec. conſ. 400. unm. 9. Valaſc. deciſ. 19. num. 3. & 4. & de Paz. conſ. 25. num. num. 6. concludens poſſeſſionem alienā ablatam per Principem ſine ordine iudiciario non acquiri Principi, qui nequit alium in ſua poſſeſſione turbare niſi prius doceat de Inre ſuo argu. eorum, quæ ſupra diximus, & textus in cap. decimas de reſtit. ſpoliat. in 6. de quo vide D. meum Riccium virum maximæ admirationis in Collect. deciſ. 603.

5 Limitarem tamen hunc textum quando debitor Fiſci eſſer de fuga ſuſpectus per ea, quæ diximus infra in l. generali C. de decur. lib. 10. Sed ad æquitatem ſeruandam poterint dicta bona debitoris de quibus lis vertitur inter fiſcum deponi pœnes tertium

SVMMARIVM.

1 *Electio officialium debet fieri ſecundum ordinem conſuetum ampliatur vt num. 4.*

2 *Conſueto eſt inſpicienda in decernendis honoribus, & ſubeundis muneribus nu. 3.*

5 *Modus eſt ſeruandus in electione officialium.*

5 *Conſuetudo quando cenſeatur inducta.*

7 *Actus debent eſſe ſimiles ad effectum textus noſtri.*

8 *Locus ſolitus eſt neceſſa-*

C rius

rius in electione Officialium limita, vt nu. 9.
10 *Tempus anni ſolitum attenditur in electione.*

DE IVRE FISCI.

L. ſuper creandis.

1 DVm in hoc textum habetur electionem Officialium debere fieri ſecundum ordinem conſuetum adde Aret. in l. 2. §. prius col. fin. ff. de vulg. ſubſtit. Doctores in l. item eorum ff. quod cuiuſque vniuerſ nom. Brun. in tract. de form. rub. qui poſſ. dar. vel toll. form. col. 2. verſ. & multa exempla quod textus concordat cum diſpoſitione pragmaticæ 2. de adminiſtrati. vniuerſit, vbi Nouarius Frater in honoribus enim decernendis inſpicienda eſt conſuetudo, & ſtatu-
2 tum ciuitatis ad quod facit l. veras C. de diuerſ. offic. lib. 12. vbi gloſ. inquit in electionibus conſuetudinem dare iuriſdictionem de cuius vigore latè Trentacinq. var. reſol. reſolut. 1. de conſuetud. Borrel. in ſumm. deciſ. tit. de ſtilo ſolito, & conſuetud. & Gabr. d. concluſ. 1. & quot in electi omnibus interuenire debent hi qui ſecundum conſuetudinem ſolent interuenire probat textus in l. 2. & l. ſuſceptores C. de ſuſceptator, & Archid. hinc videmus in exactoribus tributorum ſeruandum eſſe conſuetudinem §. coges, Auth. de mandat. Princip. l. ſi publicanus in omnibus ff. public. & in l. fin. C. de vect. & gal. & in ſubeundis muneri-
3 bus conſuetudo ſeruanda eſt l. ſemper §. 1. ff. de iur. immunit. ſic etiam in criminibus puniendis conſuetudo eſt attendenda l. 1. C. de pet. bon. ſubl. & à ſimili in iudicijs l. 1. C. quæ ſit longa conſuet. ſicque in contractibus l. ſic fundus ff. de euic. & ita pariter in vltimis voluntatibus dignitatibus, & præcedentijs videmus conſuetudinem ſeruari cap. Epiſcopus 17. diſtin. modern. in rubr. de maiorit. & obedien. & in feudis ſeruanda eſt conſuetudo quin imo conſuetudo poteſt inducere quod feudum alienus abſque conſenſu Domini Bald. conſ. 318. & in l. 1. C. ad vell. & quod in electionibus, ſeu collationibus officiorum ſit conſuetudo obſeruanda dixerunt DD. omnes in cap. 1. de elect. Selua in tract. de benef. q. 22. nu. 35. verſ. ſecundus caſus par. 2 & Bellam. deciſ. 69. faciunt latè nouiter adducta per Giurbam in conſuetud. Meſſan. in prohem. nu. 12. aſſerens, quod diurni mores conſenſu vten-

tium

ctium comprobat, legem imitantur ex Surd. conſ.382. nu. 106. Peregr. conſ.76. num.2. vol.2. Viu.in deciſ.515. num. 12.Franc. deciſ.537. num.11. & Triuiſan.deciſ.54.num.23. lib. 2. fusè Nouar. Frater in prag. 14. de officio Magiſtri Iuſtitiarij,vbi doctè loquitur.

4 Et adeo hoc procedit, vt ſi præfatus ordo non fuerit obſeruatus, poterit electus appellare cui appellationi deferendum eſt l. vnica C. de potior ad mund.nomin. hoc eodem lib.10. & dicit textus in l.actuarios C.de numerar.vbi gloſ.in l.nullum C. de cohartal. lib. 12. vt ſi conſuetudo ſeruata non fuerit geſta non tenet, quia cum ordo amittitur ordinabile vitiatur ordoenim eſt figura ſubſtantiæ cuiuſque rei, & nihil conſtat ſine ordinis compoſitione Bal. in q. de ſciſmate uu. 7.

5 Et non ſolum ordo, ſed etiam modus conſuetus ſeruare debet, vt præfata pragm. mandat quoniam modus vbique eſt landandus dicit addi. ad Alber.in dictionario verb. modus latè Noua.in d. pragmatica.

6 Sed poſtquam in electionibus conſuetudo eſt ſeruanda nunc videndum eſt quando inducta cenſentur conſuetudo, & ſcias, quod adhoc, vt hæc conſuetudo dicatur inducta non debet eſſe immorabilis, ſed ſufficit, quod ſit elapſus curſus decem annorum, vt ſcipſit Bart.in l.de quibus nu. 14. ff.de leg.Rot.daciſ.460.in nouis Afflict. deciſ.321. num. quoS refert, & ſequitur Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur.1.caſu 83. num.3.quibus addo Natt.conſ.98.num. 6.vol.1.Surd.conſ.58.num.11 vol.1.& conſ.335.num.57.vol. 3.Ceuall.practi.opin. comm. contr.commun.q.357.num.4. & vltra dictum curſum requiritur, quod per duos actus iam verificatum, & practicatum ſit etenim conſuetudo actuum freqnentiam exigit Gayl. pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat.31.num.1. Gratian. deciſ.148. num.10. Creſcent. in princ. tit. de conſuetud. & Franc.Mart. deciſ.255. num. 1.vol.1.Vnde vnicus non ſufficit ſed duos eſſe neceſſarios dixit Franc. deciſ.91. num.6. Raudem. variar.reſolu,lib.1. cap. 17. num.57. Ceuall. d. q. 357.num.1.Menoch.conſ.228 num.6.volu.5.Gayl.d. obſeruat.31. num.7. & Theſanr. q. forenſ.lib.1.q.38.nu.16.

7 Quibus addo, quod prædicta non ſufficiunt, ſi actus ſint difformes, vnam vltra ea requiritur conformitas actuum cum exactuum difformitate non poteſt dici inducta conſuetudo Bart.in l.2. num. 22. ff.ſolut.

ff.ſolut.matrim. Minſyng.obſeru.42.centu.6.& Rot.Auen. deciſ.20.nu.9.

8 Pro ornatu tamen textus venit primo dubitandum, an iſta electio officialium debet fieri in l oco ſolito fieri, & Soccin. in conſ.95. vol.3. pro affirmatiua oplnione concludit eandemque tenet Bald.in cap. cum Imperator de iuramen.calum.& in cap.cum M. Ferrarienſis num. 13. de conſtit. vbi quod locus eſt de ſubſtantia electionis, & Negotia Capituli, & Collegij debent tractari in loco ſolito, & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Rendin. recept.ſenten.tit.84.num.5. ſed vide Ann.ſing.355.vbi pro negatiua opinione fuiſſe deciſum teſtatur.

9 Licet hoc non procederet quando electio non eſſet facta in loco ſolito cum iuſta cauſa,quia tunc electio valebit,ex eo quod cauſa excuſat à dolo,& à pœna Viu.alios referens in deciſ.80.num.3. qui teſtatur pluries iudicaſſe Regiam Audientiam Barenſem, & quando iuſta cauſa excuſat habes per Tiraq. de leg. connub.glo.6 num.34.& Maſcard. concluſ. 9. num.7. & ſeq.

10 Secundo dubitatur an electio facienda eſt illo tempore anni quo ſolitum eſt tales electiones fieri vt puta in fine Menſis Auguſti, quod obſeruatur in pluribus regionibus,alias electio fit nulla, & iuxta deciſ.Franc.419.num. 3 Reſpondetur pariter debere fieri electionem Officialium in illo tempore quo conſuetum eſt, quoniam iſtud tempus nequit mutari habetur etiam per Caput. de regimi. reipubli.cap.3.num.9. in fine Cepoll.caut.221. & Capibla. de Baron.prag.5. nu.10.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor principalis non poteſt conueniri niſi principali excuſſo.*

DE CONVENIENDIS Fiſci debitoribus. L. I.

1 CONcluditur in textu hoc fideiuſſorem Officialis non poſſe conueniri niſi principali excuſſo adde Carocc. de excuſſ.bonor.q.53. Bald.in cap. ad cæterum col. fin. de Iudic.Purpur. conſ.88. col.1. vol.1.Surd.conſ.4.vol.1.Peregr.de Iur.fiſc.lib.6.tit.7.num. 25. vbi nonnulla ad ornatum præſentis textus cumulat, & ad materiam quando fideiuſſor ante principalem excuſſum

ſum conueniri nō poſſit, quia videtur trita ideo te remitto ad fontem viuum in Colleſt. deciſ. 237. vide etiam Gabr. commun.opin. concluſ.1.de fideiuſſ.Maſtrill.ad Capic.deciſ. 54. Tuſc. in concluſ. 104. cum duobus ſeqq. & Aretin. tract. de fideiuſſ. cap. 2. & 3. ſeſſ. vbi plenè habetur materia excuſſionis principalis.

SVMMARIVM.

1 *Debitores Fiſcales ſummatim cognoſcuntur, & contra eos nullus ordo ſeruatur quando debitum eſt liquidum, vt nu. 4.*

2 *Debitores Fiſcales poſſunt exequi realiter, & perſonaliter.*

3 *Exactores Cameræ Fiſcalis poſſunt condemnari, abſque citatione ex ſola viſione librorum.*

DE CONVEN. FISCI debitor.

L. hi qui Fiſco.

1 DEbitores Fiſci ſummatim cognoſcuntur hoc dicit ex quo nota contra debitores Fiſcales pro eorum debitis nullum ordinem ſeruari, ſed procedi ad capturam perſonæ, & ad tenutam bonorum prout Iudici videbitur, quia aduerſus eos poteſt exequi tam realiter quā perſonaliter l.ſacrilegij §.fin. ff.ad l.Iul.pecul.l. quoniam nonnulli ff.de appell.l. Paulo §.fin.ff. deleg.3. Bald. in l. 1. num.7.verſ.item carcerando C.de hæred.act, Caſtr.in l.fin. num. 4.priuileg. 8. C. de priuil.Fiſc.Boſſ.tit.de fiſc.& eius priuil.num.18.Peregr.de Iur. fiſc.d.tit.7.num.5. & 7. etiam nulla facta prius diſcuſſione, neque vlla habita conſideratione, quod prius capiantur mobilia, aut minus damnoſa iuxta ordinem datum à l.à diuo pio §. in venditione ff. de re indic.quemadmodum ſeruari teſtatur Marant. in prax.par.6.nu.11. & 12. verſ. limita tamen fol.474. Angel.
2 in l. nemo carcerem in med. de exact.trib.lib.10.vbi quod in ſimilibus debitis quidquid fit in priuatis Iudex poterit eligere quem ordinem magis expedire viderit, & ſic procedere prius ad perſonam, & poſtea ad res, vel è contra Bald.in l.2.col.fin. num. 7. C. de hæred.act.vbi etiam, quod proceditur de facto in exactionibus fiſcalibus idem in l.2.in princ.C.quando fiſc.vel priuat.Peregr.de Iur.fiſc. lib. tit.7.num.7.latè Gratian. vltra

tra alios in diſcept. forenſ. cap.353. & cap.375. num.13. par.2. Hinc Afflict. in cap. ſi duo fratres num.18. de fratr. nou. inueſt. docuit exactores Cameræ, fiſcalis poſſe con-
3 demnari abſque citatione à Iudicibus ex ſola viſione librorum rationum ob aliæ cauſæ cognitionem per text. quem allegat in l. 2. §. ſi de frumentaria, & ibi Bart. ff. de admin. rer. ad ciuit. pert. Peregr. de Iur. fiſc. d. lib. 6. tit. 7. num. 6.

Et licet non deſint contrarium tenentes ſcilicet contra debitores fiſcales non procedi de Iure, & de facto, vt voluerunt Bart. in l. 1. C. de conduct. & procur. Dec. conſ. 544 & laudem, de fiſc. q. 180. Tamen in hac contrarietate videndus eſt Lucan. de priuil. fiſc. nu. 59. in fine diſtinguens inter debitores liquidos, & non liquidos fiſci, quando e-
4 nim eſt delictum liquidum eſt tunc proceditur ſummariè ad exequutionem perſonalem, ac realem, & de facto, & ſic procedit textus noſter, vt per Gratian. d. cap. 353. num. 1. Si verò dubitatur an ſit debitum liquidum, hoc caſu nō debet ſummariè procedi, & declaratur ſecunda opinio, ſecundum Afflict. in cap. ſi duo fratres num. 17. de fratr. de nou. inueſt. Boſſ. tit. de fiſco num. 19. Peregr. de Iur. fiſc. lib. 7. tit. 3. firmantes indebito non quando ordinem Iuris vtique eſſe obſeruandum eſt deciſio Franc. Mart. deciſ. 200. & 203. par. 3. tenet etiam idem Peregr. lib. 6. tit. 6. num. & ſeq. neceſſariamque eſſe ſententiam voluit Surd. in deciſ. 18. nu. 2. & 5.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura propria non probat pro ſcribente, vel herede, & ſi hæres eſſet Fiſcus.*

2 *Scriptura propria non facit fidem ad fauorem ſcribentis. Ampliatur num. 3. Limitatur num. 4. 5. & 6.*

7 *Veriſimile attenditur in Iure.*

8 *Argumentum à veriſimilibus eſt validum.*

DE CONVENIENDIS Fiſci debitoribus.

L. inter chartulas.

1 Diſponitur per hunc textum ſcripturam propriam nullam fidem facere pro ſcribente, vel eius hærede

de etiam ſi fiſcus ſibi ſucceſſiſſet, adde l. exemplo C.de probat.Tuſc. in ſuis concluſ. lit.S.& Peregr.de Iur.fiſc.lib. 6.tit.1.num.28. quem refert, & ſequitur Genua in tract.de ſcript.priu.q.3.num.24. lib.1 adducens rationem num. 26. quia fiſcus in dubio vtitur iure priuati, ac commun. ex l. idem de compenſat.l.cum vitioſe,e ne videar deſcribere de verbo ad verbum ipſum adeas, qui plenè hanc materiam tractat.

2 Sed pro maiori elucidatione textus noſtri nota, quod ſcriptura adſcribentis fauorem nullo modo probat ſic firmant Bellon.decif.135. nu. 5.& decif.145.num.3.Gratia. decif.March.137.nu.1. Vbal. in decif.Rom.690.num.6.pa. 1.tom.2.Caroc.decif. 104. & Borrell.in conſ.66. num.9. & ſeq. Pariſ.conſ.47.num.7. volum. 1.

3 Ampliatur primo procedere, vt nec probet fauore piæ cauſæ Genua loc.cit.num.28. referens Maſcard. de probat. concluſ.1300.nu.10.qui hanc adducit rationem nam magis probat ſcriptura priuata quã vox viua cap. licet ex quadam de teſt.imò magis creditur voci viuæ quam mortuæ §. ſed ſi quis Auth. de inſtru. caut.& fid. Sed in pia cauſa non eſt remiſſa Iuris diuini ſollemnitus, quia in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum cap.relatum,& cap.cum eſſet de teſtam. Vnde ſi non creditur voci viuæ vnius fauore piæ cauſæ, nec etiam creditur voci mortui vnius ſcripturæ priuatæ.

Ampliatur ſecundo procedere, vt nec probet pro hærede ſcribentis, vt homo in textu noſtro, quem limitare volo in pluribus caſibus.

4 Et primo, vt locum non ſibi vendicet quando ſcribens mortuus ſit bonus vir, & bonæ famæ probando tamen literam eſſe manu illius, probando pariter bonam famam ſemiplene, ita quod poſſet hæredi dari iuramentum ſuppletorium Bald.in l. 1. C. de edendo Caſtr. in l. rationes C.de fid.inſtrum. quos ſequitur Boer.decif.105. ſub num. 5.& 6.Viu.decif.114.num.11. & decif. 184. num. 12. Surd. conſ.245.num.19.vol.1.& decif.103.num. 5. & decif. 199. num.2.& conſ.543.num.3. Afflict.decif.50. num. 10. & 20. Magon.decif.Flor.95. num.6. Gram. conſ. ciuil. 158. plures allegat Thor. in compen. decif.verb.liber. & licet Bologn.in l.1.num.21.C. de edendo contrarium videatur concludere, tamen communis opinio eſt in contrarium quoniam fama hominis eſt theſau-

ſaurus ineſtimabilis ita Pariſ. de reſignat. lib. 5. q. 3. num. 92. & melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ Maſcard, de probat. concluſ. 234. cum ſeq. & 1219. num. 9. & 10. Sayr. in clauſ. Reg. lib. 11. cap. 3. num. 1. & ideo cum concurrat bona fama in perſonam ſcribentis, eius ſcriptura omnino debet fidem facere.

5 Limitatur ſecundo, vt non procedat quando concurrerent alia adminicula, qaia eſſet adhibenda fides ſcribentis ſcripturę iuxta deciſ. Rot. Rom. 813. num. 1. pa. 1. diuerſ. & Ludouiſij olim ſanctiſſim. 537. cum liber rationum ſocietatis probat pro ſcribente concurrentibus adminiculis, concludit Magon. deciſ. Flor. 95. num. 5. & Vbald. deciſ. 362 num. 8. p. 1. tom. 1.

6 Limitatur tertio, vt libro ſcribentis fides adhibentur quoties concurreret veriſimilitudo partitarum in illo deſcriptarum Crauett. conſ. 158. num. 9. & conſ. 275. num. 8. & conſ. 288. num. 7. Iaſ. in l. admonendi num. 125. de iure iur. Vrſill. deciſ. 40. num. 17 & 18. ſubdens eo magis hoc procedere cum illius iuramẽto Alex. conſ. 186. num. 1. vol. 2. Viu. deciſ. 64. num. 8. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 1. caſu 92. num. 5. Surd. deciſ. 55. num. 3. Barz. deciſ. Bon. 24. ſub num. 8. Cephal. conſ. 81. num. 38. vol. 1. & plures alij relati per Borrell. in ſum. deciſ. tit. 22. tom. 2. num. 61. nam ſicut quando aliquid nõ eſt veriſimile reprobatur, ita è contra quando eſt veriſimi-
7 le attendi debet l. fin. in prin. ff. quod met. cauſ. cap. quia veriſimile de præſumpt. Pariſ. conſ. 13. num. 9. vol. 3. & conſ. 8. num. 7. vol. 4. prout etiam quando aliquid non eſt veriſimile preſumitur falſum ſecundum conſ. Menoch. 1. num. 258 conſ. 2. num. 300. conſ. 28. nu. 25. conſ. 188. num. 11. & conſ. 199. num. 12. & de arbitr. Iudic. lib. 2. caſu 85. & latè tradita per Maſcard. de probat. concluſ. 740. num. 35. & concluſ. 1364. num. 4. Ita è contra quoties, quid eſt veriſimile dicitur verum per argumentum à contrario ſenſu iuxta diſpoſitionem textus in l. 1. §. huius rei ff. de offic. eius l. apud antiquos C. de furt. l. ſi quis locuples ff. de manum. teſt. l. qui teſtamento §. mulier vbi gloſ. ff. de teſtament.
8 & ſemper iudicandum eſſe à veriſimilibus dixit textus in l. non eſt veriſimile ff. de eo, quod met. cauſ. l. cum auus ff. de condit. & demonſtrat. l. cum acutiſſimi C. de fideico. cap. requiſiſti de teſtam. veriſimilitudo enim eſt optima in

in Iure Farin. in prax. crimin. par. 4. deciſ. 47. num. 2. in fin. & in quolibet materia eſt recepta Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tom. 1. lib. 3 tit. 1. num. 16. Et transfert onus probandi in aduerſarium l. ex perſona, & l. ſiue poſſidetis vbi gloſ. C. de probat. concln. 1163. num. 3. Menoch. conſ. 13 num. 12. & conſ. 122. num. 54. & conſ. 306. num. 16. & conſ. 374. num. 44.

8 Limitatur quarto probare ſcripturam priuati pro ſcribente quoad quantitatem, quando debitum non negatur at poſt Corn. conſ. 318. in fine verſ & licet Iudex vol. 4. & Surd. deciſ. 199. num. 5. voluit Vbald. deciſ. Rom. 362. ſub num. 7. par. 1. tom. 1. ac nonnulli alij relati per Borrell. loc. ſuperius citato num. 63.

SVMMARIVM.

1 *Sollemnitates ſeruandæ ſunt in venditione rei debitoris fiſci, ſed quæ ſollemnitates requiruntur referuntur num. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.*

2 *Sollemnitate legis omiſſa, omnis actus corruit.*

3 *Sollemnitates non poſſunt à partibus remicti.*

10 *Pæcunia an dicatur preſens ob remiſſionem ſchedulæ banchariæ.*

11 *Sollemnitates an præſumantur interueniſſe.*

12 *Nuntio non creditur ſollemnitate. interueniſſe, nec etiam Iudici nu. 13.*

De fide inſtr. & Iur. haſt. Fiſc. L. 1.

1 SI probatur, quod in venditione rei debitoris Fiſci debita ſollemnitas non ſeruatur reſtituitur res cum fructibus perceptis, & percipiendis hoc dicit, ratio enim eſt, quia ſollemnitas ad vnguem eſt ſeruanda, & ſi in minimo deficit actus in totum corruit l. cum hi §. ſi prætor ff. de tranſact. l. non dubium C. de leg. Guttier. practic. qq. lib. 3. q. 15. num. 5. & ſeq. Gam. deciſ. Luſit. 45. num. 3. Farin. conſ. 76 num. 13. & in prax. crim. par. 4. & ſollemnitati nihil addi, vel detrahi poteſt l. 1. §. opus nouu n ff. de nou. oper. nunciat. & ſollemnitas eſt de genere indiuiſibilium notatur in l. ſi veritas C. de fideicomm. Tiraqu. de Iur. mariti gloſ. 6. num. 4. vnde omiſſa legis ſollemnitate,
2 corruit omnis actus cap. cum dilecta de reſcript. cap. qua-

D pro-

propter de elect. cap. 1. de reb. eccleſ. non alien. lib. 6. quia paria ſunt aliquid fieri contra legem, vel non ſeruata forma legis Adth. res quæ cum ibi notatis C. de ſacroſ. eccleſ. quod intelligas etiam ſi omittatur in minimo Tiraq.de retract.conuenct. §.4. gloſ.6.nu.31. & Nouarius frater q.Forenſ.71.lib.1. Ex quibus venit dicẽdum materiam ſollemnitatis teſtamentorum eſſe ſubſtantialem,& ſi in minimo deficiat annullari teſtamentum Clar. lib. 4. §. teſtamentum q.56.Menoch.de ſucceſſ.creat. §.11. num.67. Couarr. cap. cum eſſes num. 8. de teſtam.& Azeued.l.2.num. 59.

3 Et adeo textus noſter procedit, vt ſollemnitates nec poſſint à partibus remitti, vt per Rebuff.in ſuis comment. de præcon.licit.& ſubhaſt.fo. 597. num.18.

Quæ tamen ſollemnitates requiruntur in bonorum debitoris Fiſci venditione Pere gr.de Iur.Fiſc.lib.6.tit.4. ponit infraſcriptas ſollemnitates.

Prima ſollẽnitas eſt, quod debitum appareat, alioquin deficeret venditionis cauſa & inualida penitus eſſet venditio Iaſ.in l. ſi non ſortem §. ſi centum ff. de condit. indeb.

4 Secunda ſollemnitas eſt, quod debitor interpellatus fuerit, & in ſolutione debiti ceſſauerit l. 2. & 3. C. ſi propter publi. penſit. & ita fuiſſe deciſum in S.C.teſtatur Affli. deciſ.358.vbi Vrſill. in princ. in ſimili cauſa tradit idem fuiſſe deciſum licet per Fran. deciſ.441.controuertatur.

5 Tertia ſollemnitas eſt, vt venditio fiat preſente procuratore Fiſci,ſeu Cameræ Cõmiſſario Bart.in l. 1.C.de fid. inſtrum.Soccin.conſ.46.num. 17.vol 4.latè Boer.deciſ.277. num.5.vbi ſubhaſtationes, & cridæ non vocato Regio procuratore ſi eius intereſt ſunt ipſo Iure nullæ.

6 Quarta ſollemnitas eſt, vt debeant interuenire publicæ ſubhaſtationes duraturæ per dies viginti, vt infra in l. ſi tempora, vnde ſi ſit venditio abſque ſubhaſtatione eſt penitus nulla ſecundum latè tradita per Apont.de Poteſt.Pro reg.tit.de regal.impoſit. §.5. num.24.Muſcat.in prax. S.C. lib.2. par. 3. gloſ. venduntur num. 46. Molfeſ. in Conſuetud. Neapol. cap. 6. num. 5. in addit. vide Capyc. deciſ. 36.num. 5. & non abſque ratione ſubhaſtatio eſt neceſſaria cum per ſubhaſtationes, & proclamationes dicitur quis emere tute Pap. lib. 18. tit.6.arreſt.9.& ſeq.& proclamata excludunt quemcũque

que habentem Ius iure Ioſeph.Ludouic.deciſ.Peruſ.42. licet tertius habeat Ius offerendi ſecundum Bover. deciſ. 112. num. 11. & ſubhaſtationes firmant contractum eiq; robur tradunt,ac ſollemnitas ſubhaſtationis eſt tam magna quod facit ceſſare omnem, & quamcumque ſuſpicionem fraudis l. tranſactionem C.de tranſact.l.quiſquis C. de reſc. vend. latè Viuius deciſ.89.num.4. & per totam plures cumulat Bellon. in conſ. 78. quare alienatio rerum pupillarum pro cauſa neceſſaria puta victus eſt valida dummodo interueniat Iudicis decretum,& ſubhaſtationes,vt per Viu.deciſ.25.& in venditione gabellarum requiritur pariter ſubhaſtatio idem deciſ. 359.

7 Quinta ſollemnitas eſt, vt bona fide vendantur d.l.2. C. ſi propt. publ. penſ. l.1.C. de præſcr.30. ann. hinc ſi venditio ſit facta mala fide retractatur, & malæ fidei emptor rem cum fructibus perceptis & percipiendis reſtituere cogitur, vt habetur in textu noſtro etiam quod fuiſſent conſumpti Spec. tit. de fruct. §. ſcias, & quamuis titulus etiã inualidus excuſet regulariter tantum à fructibus percipiendis iuxta deciſ.Verall.68.Tamen in hoc caſu nullo modo excuſat gloſ.in l.ſi fundum C. de rei vend.vbi limitare videtur deciſ. Verall. in pluribus caſibus in quibus titulus non excuſat à fructibus percipiendis.

8 Sexta ſollemnitas eſt, vt bona debitoris Fiſci pro iuſto prætio vendantur l. ſi minore ſupra de Iur.Fiſc. l.2. C. ſi propter publ. penſ. l. 1. C. de præſcriot.30.vel 40. ann.l. 3.§.diu.ff.de Iur.Fiſc. latè de Pont.de Poteſt.Proreg. d. tit. 4.num.31 verſ. vbi omittitur 32.& ſeqq.Georg.alleg.6.nu. 39.Viu.commun. opin. opin. 1011.verb. venditio Laurent. deciſ. Auen. 27. num. 7. de Pont.conſ.26.num.10. Graſſ. inter commun. opin. tit. de exeq.rei iudic.num.114.Calademod.artic.gloſ.4. num.70. & D. Riccius Collect. deciſ. 1156. vnde ſi adſit Læſio venditio reſcinditur,ſed quæ Læſio attendi debet vide infra in l.ſi tempora eod.tit.noſtro

9 Septima ſollemnitas eſt,vt vendantur pecunia preſente l.ſi procurator ff. de Iur.Fiſc. l.1.C.ne fiſcus latè Iaſ. in l.1. ff. de offic. procur. Ceſ. num. 18.quia in venditione,quæ fit in ſubhaſtatione non habetur fides de prætio, & ideo licitator debet habere prætium præ manibus Mag. in deciſ. diuerſ. cap.37. Rebuff. in ſuis comment. tract. de

præcon.artic.7.num.22.alias poteſt incarcerari Papi. lib. 18.tit.6.arreſt.15 & ante non poteſt vti re vt ibidem,imo ſi ſubhaſtatio eſſet facta partim pecunia preſente, & partim ſine illa, adhuc haberet locum textus noſter,cum tota debeat eſſe preſens pecunia Bart.in l. à diuo pio §.ſed ſi emptor de re iudic. & ibi Alex.col.2.num.5. & 6. Surd. conſ.168. num.24. lib.2. cum alijs per Coler. de proceſſ. exeq. par. 3. cap. 9. num.94. quos omnes refert Gratian. diſcep.forenſ.cap.32. num.4. tom.2. vbi limitat ſtante con ſenſu fiſci creditoris permittentis fieri ſubhaſtationem abſque numeratione pretij. quia hæc ſeptima ſollemnitas non requireretur, vt fuit deciſum per Rotam coram Pamphilio Vrbeuetana domus 5.Decembris 1594.& coram Penia Peruſena Dotis 1. Iulij 1598. & quomodo pecunia debeat eſſe preſens in ſubhaſtatione vide infra in l. ſi tempora eod.tit. verſ.in quibus tamen caſibus,& an oblatio debeat eſſe ſimplex, vel conditionalis Neuiz.conſ.38. num.14. Alex. conſ.78. num. 29.& 30.lib.5.Grat. conſ.93. num.75. lib.5. & Rota in vna Romana domorum,& intereſſe 16.Iunij 1578. coram Cantue.& in alia Anconitan.fructuum de Rinaldinis 19. Nouembris 1582. coram Pamphil. in quibus fuit dictum oblutionem reddi nullam ſi, ſit conditionalis.

19 Venit primo dubitandum circa iſtam ſeptimam ſollemnitatem an dicatur pecunia preſens ob remiſſionem ſchedulæ Bancharię, & quamuis prima facie dicendum videretur remiſſionem ſchedulæ bancharię non dici veram & realem numerationem, niſi actualiter, & cum effectu pecunia numeretur, vt ſcribunt Bart.in l.ſingulari à nu. 22.in fin.& ibi Iaſ.num.47. & 48. & num. 53. ff. ſi cert. pet. Clar.in §.falſum num.19.Caſſan.conſ.12. num.15. & Crauett.conſ.585. Tamen totum contrarium eſt, quia remiſſio ſchedulæ banchariæ dicitur pecunia preſens eiuſque vera & non ficta numeratio prout reſpõdet Bellon.Taux.in eius optimo conſ.92.vbi firmat regulam, quod licet cenſus conſtitutio non ſit valida niſi tẽpore conſtitutionis pecunia ſit preſens,& numeretur. Tamen non videtur nulla ſit remittatur ſchedula bancharia vendirori, ſed an debeat ſequi ſtatim numeratio idem uum.19. ſubdit debere attendi certum temperamentum, ita quod remittatur arbitrio Iudicis.

21 Sup-

11 Suppoſito, quod non conſtat ſollemnitates huiuſmodi interueniſſe, an præſumatur eas interueniſſe vide Capyc. deciſ. 16. & ibi Maſull. & vbi habetur has ſollemnitates dici extrinſecas ſine quibus actus corruit, & non præſumi interueniſſe niſi ex diurnitate temporis veluti ſollemnitas in alienatione rei Eccleſiæ præſumitur interueniſſe ex diuturnitate temporis, ita Dec. conſ. 341. de quo vide latiſſimè Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 132. plurima exempla adducens, & Aloyſ. de Leo in l. 1. C. ſi aduerſ. ven. pign. num. 8. cum ſeqq. & Caball. milleloq. 820. & an aſſertioni Nuncij ſtandum ſit cir-
12 ca huiuſmodi ſollemnitates ſi interuenerunt, vel non negatiuè reſpondet Surd. conſ. 49. num. 19. aſſerens aliunde quã ex Nuncij aſſertione conſtare debere vide addentes ad Roman. conſ. 447. verb. Nuncio imò nec credendum eſſe
13 Iudici voluit Benintend. in deciſ. 2. omnino videnda.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus à quo tempore acquirit hipothecam iu bonis condemnati.*

2 *Vxor pro bonis dotalibus præfertur Fiſco.*

Pœnis Fiſcalibus creditores præferri.

In rubrica.

1 PRo huius Rubricæ ornatu nota, quod Fiſcus conſequitur, & acquirit hipothecam in bonis condemnati à die condemnationis ſecundum veram opinionem, & ideo non præfertur creditoribus habentibus hipothecam ante condemnationem Bald. conſ. 40. num. 6. & conſ. 171. lib. 1. vbi in princ. ait dotem vxoris præferri Fiſco habenti condemnationem bonorũ ez delicto contra maritum latè Maſtrill. deciſ. 170. par. 2. Imò vxor pro dote poteſt ratione ſuæ hipothecæ retinere bona mariti contra fiſcum
2 donec ſatisfaciat, & quod fiſcus teneatur ſatisfacere omnibus creditoribus banniti cuius bona ſunt confiſcata etiam ſi ſolam perſonalem habeant creditores voluit Caſtr. conſ. 20. & Tuſc. in ſua concluſ. 385. & de hac materia latè in concluſ. ſeq. lit. F. & Laratta conſ. 80. qui plurima congerunt.

SVMMARIVM.

1 *Intra tempus in ſubhaſtatione ſtatutum quilibet*

admit-

admittitur. Tempus ſub haſtationis quantum ſit num. 2. & an poſſit prorogari, vel minui nu. 3.

4 *Licitatio ſecunda non admittitur candela extincta limita vt num. 5. 8. 9. & 10.*

4 *Venditio ſubhaſta ſtante leſione vltra ſextam reſoluitur, ſed an veniant fructus.*

7 *Leſio non attenditur quoties emptor fuiſſet coactus ad emendum.*

11 *Subhaſtatio eſt neceſſaria in venditione rei debitoris Fiſci.*

12 *Subhaſtatio ceſſat in aſſecuratione petita per vxorem ob vergentiam viri ad inopiam ſuper re aſſecurata.*

13 *Subhaſtatio an ſit neceſſaria in rerum minorum alienatione, & quid in bonis Eccleſiæ nu. 14.*

15 *Purgatio moræ quando habeat locum in materia ſubhaſtationis num. 15. & quid ſi extaret obligatio in forma Cameræ num. 16.*

17 *Creditor admittitur ad licitandum in ſubſidium quando non reperitur emptor pro iuſto prætio nu. 18.*

19 *Cautela apponitur in materia adiudicationis.*

20 *Subhaſtatio eſt nulla quando pecunia non fuit præſens limita vt num. 21. & 22.*

23 *Subhaſtatio eſt nulla quando exequutio à qua ortum habet eſt pariter nulla.*

24 *Subhaſtatio eſt nulla reſpectu non citationis, & propter omiſſum terminum an reluendum.*

25 *Subhaſtatio ſiuè datio inſolutum pro maiori ſumma quam eſt debitum efficitur nulla.*

26 *Subhaſtatio eſt nulla non præcedente æſtimatione, quod declaratur, vt nu. 27. 28. 29. & 30.*

31 *Subhaſtatio adhoc, vt dicatur ritè facta quæ requiruntur.*

De fide inſtr. & Iur. haſt. Fiſc.
L. ſi tempora.

1 INtra tempus in ſubhaſtatione ſtatutum quilibet veniens

veniens admittitur hoc dicit textus, qui eſt deciſus per Claper. deciſ. vnica cauſ. 7. vbi elapſo tempore prædicto nullus poſtea admittitur.

2 Ex quo nota, ꝙ ſubhationes debent durare per viginti dies,& ita Specul.tit.de emp. & vendit. §. nunc dicendum num.4.Bald. conſ.183. lib. 2. Roland.conſ.33.num.14. lib. 1.Menoch.de arbitr.Iudic.caſu 129.in fin.verſ.idem dicendum, & caſu 181.num. 28. & latè comprobat Surd.conſ.49 num.19.lib.1. Bertazz. clauſ. 10.gloſ.2.num.7. fol.65. cum alijs per Mantic. de tacit. & ambig.conuenct. lib.4. tit.6. num.31.Azor in ſumm.par.3. lib.8.cap.16. quam ſententiā ſequitur Rota Romana coram Coccino in vna dotis de Olphis 25. Octobris 1613. vt refert Pet. in prax. de exequ. rei iudic.lib.8.cap.2.num.36,

3 Sed an poſſint tempus dictorum viginti dierum prorogari per Iudicem,& an etiam minui dicas, quod quamuis ſit arbitrarium Iudici prorogare tempus dictorum viginti dierum vſque ad annum iuxta tradita per Mannoz.de ratiocin. cap. 16. num.13. & 14.Non tamen poteſt minuere Azcued. lib.9. tit. 11. l.2. num. 10. fol.27. Brugenſ.de ſubhaſt.col.1.poſt princ.verſ. adeo autem, & Menoch.in conſ.49. num.21. lib. 1.

Et quoniam iſta materia ſubhaſtationis eſt practicabilis,ideo eam pluribus concluſionibus elucidaturus ſum.

4 Et prima concluſio ſit regulam eſſe generalem, vt nemo admittatur poſt candelam exſtinctam, quia ius eſt quæſitum licitatori per eius oblationem, & licitatio nequit pluries fieri Fran. Marc. deciſ.566. Boer.deciſ.249.Capyc. deciſ.36. nu. 5. Bertran. conſ.479.vol.2. per text. in l. 1.C.de alien. Iudic.mut.cauſ. facta Dec. conſ.30. nu.7. col. 1.& conſ.210. volum.2.Aym. conſ.29.Franc.deciſ.224.nu.2 & Amat.conſ.87.

3 Dicuntur etiam delatores, qui crimina commiſſa clam Principi, vel Iudici deferunt cap. inquiſitionis §. 1. de accuſ. cum idem ſit deferre, quod denunciare, & accuſare probatur in l. quatuor l. de diuerſ.& temporal.præſcript. l. Senatus §. deferre ff. de Iur. fiſc.l.fin.C.qui accuſ.non poſſ. Quorum delatorum diſtinctio hæc eſt nam nonnulli dicuntur voluntarij,& aliqui coacti voluntarij ſunt,qui ſua ſponte occulta crimina deferre ſolent coacti vero dicuntur illi quibus de publico mandatum eſt munus deferendi maleficia, vt habetur in l.2.eod. tit. noſtro, & plura circa iſtam materiam eſſem dicturus, ſed quia non eſt tam practicabilis ideo te remicto ad Menoch. de arbitr. Iudic. in addit. lib. 2. caſu 198. vbi fuſiſſime loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Socius in bonis ſocij abſque legitimo hærede decedentis præfertur fiſco.*

SI LIBERALIT. IMPER. ſoc. in hæred. deceſſ. L.vnica.

1 SOcius in bonis ſocij abſq; legitimo hærede decedentis fiſco præfertur hoc dicit, ita Bellam.conſ.23.num.5.vide quæ dixi ſupra in l. vacantia de bon.vacant. verſ. parique ratione, & plura à ſimili habes.

SVMMARIVM.

1 *Theſaurus inuenctus in Eccleſia cui acquiratur.*
2 *Theſaurus an acquiratur ſola inuentione.*

DE THESAVRIS. L.vnica.

QVia textus noſter facit mentionem de Theſauro ideo vide omninò de Pont. de Poteſt.Proreg.tit.de diuer. prouiſ. fier. ſolit. fol.517. vbi nonnulla vtilia reperies, & latè vide Maſtrill.de Magiſtr. lib.3.cap.10. num.310. cum ſeq.Genuenſ.in pract. Eccleſ.
1 q.393. vbi firmatur Theſaurũ inuenctum in Eccleſiæ loco remanere apud Eccleſiam, & non acquiri rectori: Sed an
2 Theſaurus acquiritur ſola inuentione abſque appræhenſione latè Ceuall.com. contr. com.q.514.& Gratian.diſcep. forenſ. cap.453. vbi etiam quærit an Theſaurus acquiratur in totum emphiteutæ ſiuè per ſeipſum inueniat ſiuè per operarios.

SVMMARIVM.

1 *Collectas ſoluere tenetur poſſidens fructuſque percipiens non tantum pro tẽpore futuro, ſed etiam præterito nu. 2.*
3 *Poſſeſſor nouus conuenitur pro decima præterita.*
4 *Diſpoſitio textus limitatur quando collecta imponitur ſecundum æſtimum.*

DE ANNON.ET TRIBVT. L. 1.

1 COllectas is ſoluere tenetur, qui poſſeſſiones tenet, & fructus percipit, hoc dicit, vide infra in l. hi pœnes de agricol. & cenſit. lib.10. & ratio eſt, quia onus ſoluendi collectas incumbit poſſeſſoribus

bus l.fin.C.ſine cenſ.vel reliq. & Salyc. ibi num.3.notab. per illum textum dicit, quod illæ qui fundum poſſidet debet collectas ſoluere pro libra,& ęſtimo fundi Bald. in l. ſi negotium C.de negot.geſt. Roma. in l.Imperatores ff.de public. Dec.conſ.694.col.2.Curt.Iun. conſ.42.col.2.Bologn.conſ.4. col. 4.

2 Amplia textum noſtrum procedere non tantum pro tempore futuro, ſed etiam pro tempore præterito quo ipſe non poſſidebat Aretin. conſ.105.Afflict.deciſ.95. vbi fuit dictum nouum poſſeſſorem rei emphiteuſis poſſe conueniri ad ſoluendum cenſum pro præterito actione hypothecaria ſequitur Franc.deci. 615.Gam.deciſ.Luſit.330. Caſtill.deciſ.ſic.41.& Surd.deciſ. 32. quia pro publicis penſionibus ipſe res ſunt obligatæ & ideo fiſcus poteſt agere cōtra poſſeſſores etiam pro tempore præterito antequam ad eos peruenirent Guid. Pap. deciſ. 9. Hinc videmus, quod

3 pro decima præterita conuenitur nouus poſſeſſor Abb. in cap.paſtoralis de decimis Maſull. ad Capyc. deciſ.20.num. 6. in fin. & ſic decimæ non ſolutæ debent ſolui à nouo emptore prædij ſuper qua decima debeatur, ita Dom. Riccius in reſolut. 57.

4 Limita modo non procedere quando collecta imponitur ſecundum æſtimum nam hoc caſu non attenditur poſſeſſio bonorum,ſed æſtimum,& ideo poſſeſſor aſtringi non poteſt ita Ang.in d.l.fin.C.ſine cenſu Dec.conſ.285. Curt.Iun.conſ. 42.Roland.à Vall.conſ.32.nu. 14.Nau.conſ.611.vol.3.& Theſaur.deciſ. 164. concludit eſſe communem opinionem Doctorum, & ſic fuiſſe deciſum in illo Senatu.

Plura tamen conſiderat circa hanc limitationem Trentacinq.var.reſolut.de Iur.fiſc, reſolut.4.& primo quando nouus poſſeſſor non reperitur idoneus, quia tunc antiquus poſſeſſor poſitus in ęſtimo indubitanter conueniri poteſt allegat text.in l.Imperatores ff.de publ.gloſ.in l. inter debitorem vbi quod quando quis non poteſt compelli perſonaliter ſemper res debet manere in æſtimo venditoris quouſque emptor ſe obligauerit taliter, quod fiſco ſit cautum pro futuro tempore vide etiā Corn. conſ.24. vol.3. & Nat. conſ. 280. vol. 2. & conſ. 515. vol.3.& hanc eſſe communem ſententiam refert idem Trentacinq.

Secundo conſiderat quando poſitus in æſtimo ſoluit collectas pro poſſeſſore nam hoc caſu poterit eas à poſſeſſore

ſore repetere ex Roland. a Vall.d.conſ.32.num.15. & 36. Natt.conſ.611.vol.3.Caſtr.in l.ea conditione C.de reſc.vendit.& Soec.conſ.243.col. fin.

Tertio conſiderando loquitur, quod aut ſumus reſpectu priuatorum,& tunc ſi emptor poſſidet tenetur ſoluere collectas etſi venditor ſolueret ex eo, quod ipſe ſit in æſtimo repeteret ab emptore prout fuit ſupra dictum. Vel ſumus reſpectu ſuperiorum quorum ordine ſoluuntur collectæ, & diſtingue, quod aut loquimur de exactore, & non poteſt recedere à quinterno ſibi dato ad exigendum Feſtas de æſtim. & collect. par. 2. cap.4. num. 21. & 22. quod declarat non procedere, facta excuſſione contra deſcriptum, & non reperto ſoluendo nam eo caſu exactor poterit agere aduerſus poſſeſſionem hipothecaria pro tributis præteritis eo tempore ſcilicet impoſitis quo non dum ipſe poſſidebat, & perſonali pro eis, quæ impoſitæ ſunt tempore ſuæ poſſeſſionis Theſaur.deciſ.164.in fine vbi ita ait obſeruari.

Secundum caſum conſiderat quando communitas ſeù fiſcus agit, & tunc concludit ipſe Trentacinq. poſſe poſſeſſorem, ſeu poſitum in æſtimo conuenire ad electionem communitatis, ſeu fiſci iuxta opinionem Caſt. in l.ſi negotium C.de negot.geſt.& in l.ea conditione C. de reſcind. vend. Natta d. conſ. 611. vol. 3. & Theſaur.d.deciſ.164. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio textus.*

2 *Collecta debet minui diminutis bonis.*

3 *Bona conſiderantur quoad æſtimationem attento redditu.*

4 *Collecta debet imponi iuxta valorem fructuum,& rei fructificantis.*

4 *Fructus conſiderantur ratione publicæ vtilitatis non deductis expenſis.*

5 *Paſtores coloni, & creditores ratione pignorum poſſunt collectari ratione bonorum quæ tenent.*

De annonis, & tributis. L. indictiones.

1 HOc modo loquitur textus noſter quod ad onera realia non tenetur, quis in pluſquam de re poſſideat ſicque Ann. alleg. 16. vbi noſtra additio Menoch.conſ.9.vol.1. Tepat.var.iur.ſent.tit. de tributa,& collect.fol.325. col.1.

Itaque

Itaque ſi multum eſt in bonis creſcat multum collecta ratione patrimonij contra dominum, & in l. omnes C. de oper.public. & eſt communis doctrina Bart.& aliorum Doctorum in l.4.§. actor ff. de re iudic. & in l. ad inſtructionem C. de ſacroſanct. Eccleſ. & collecta debet minui diminutis bonis l.forma §.illam æquitatem ff. de cenſibus l. 2. C.de alluuion.hoc lib.10.Anna d.alleg.16. num.2. probatur in l. 2. §. vicinales ff. ne quid in loc. public. & notat Abb.in cap.cum minus col.3.
2 de immunit. Eccleſ. & bona conſiderantur quoad æſtimationem attento reddito, vt in l.ſi quos C.de reſcind. vendit. & in l.2.C.de præd.nauic. lib. 11.& notat Ioan.de Plat. in l. C.de cenſi.& cenſit.cod.lib.& cum iſta onera ſint impendia fructuum debet conſiderari
3 valor rerum, vt imponatur collecta iuxta valorem fructuum,& rei fructificantis.Hæc autem quando quis dicatur, vt imponatur collecta non ſolum in poſſidente proprietatem ratione dominij intelligendum eſt, vt poſſit collectari, ſed etiam ſi ſolum habeat vſufructum nam pro eo ſoluet collectas, vt in l. quæro ff. de vſufruct. legat. & per Alex.conſ.5.vol.5. Et iſto
4 caſu fructus conſiderantur ratione publicæ vtilitatis non deductis expenſis, vt notat Paul.in l.fructus ff. ſolut. matrim. de quo vltra modernos ſcribit eleganter Affl.ct.deci. 252. Et quod vſufructuarius ſoluat collectas probatur in l.Iulianus §.hæres ff.de leg.1. de quo bene loquitur Soccin. conſ. 217. intelliges tamen quod tenetur à tempore quo percepit fructus, & non ad præteritas collectas licet nõ nulli voluerunt contrarium aſſerere contra quos tenet Caſſan. in Conſuet. Burgund. rubr.4.§.6. in gloſ. & ſuppor-
5 tet, item paſtores coloni creditores ratione pignorum, & miſſi in poſſeſſionem ex primo decreto item ſequeſtrari, & ſimiles perſonæ poſſunt collectari ratione bonorum quæ tenent,& eis fructibus eorum fruuntur ideo debent ſubſtinere pro his collectas, & plura iura hoc probantia quæ poſſe referre ponit Lucas de Penna in l. hac prudentiſſima C.à quib.muner.& præſta nemin. lic. ſe excuſ. lib. 11. vbi nonnulla alia in materia videri poſſunt late apud Nouarium Frarrem in Pragmatica 1. de appretio.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio textus.*

2 Sala-

2 *Salarium datur propter officium, & ſeruitium.*

3 *Salarium non poteſt peti ab eo qui non exercuit officium pro toto tempore etiam ſine culpa ſua limita, vt nu. 4. 5. 6. 7.*

8 *Officialis recedens à loco vbi officium exercebat abſque licentia ſuperioris amictit ſalarium.*

De annonis, & tributis.

L. Iudices.

1 NOn immeritò diſponitur per textum noſtrum, vt iudicibus negligentibus to-
2 tum ſalarium auferatur quoniam ſalarium datur propter officium, & ſeruitium cap. fin. de reſcript. & non ſeruiendo illud amictunt prout, qui non dicit horas non lucratur fructus beneficij, ſed ad eorum reſtitutionem, tenetur gloſ. & DD. in l. 1. ff. de his quib. vt indign. in tantum,
3 quod non poſſit illud petere, etiam ſi ſine culpa ſua illud pro toto tempore non exerceat, vt dixit Abb. in cap. fin. col. 2. de Iudic. Caualc. deciſ. 25. num. 5. par. 2. Capyc. deciſ. 12. num. 1. cum ſeq. vbi limitat quando ſalarium debe-
4 tur ne dum pro labore, ſed etiam pro probitate ſcientiæ, & intellectus quæ in officio neceſſaria eſſet quoniam tunc ſi ob caſum in ſua perſona contingentem puta infirmitatem ſeruire impeditur habebit ſalarium ſecundum Bart. in l. 1. §. diuus num. 5. & 7. ff. de var. & extraord. cogn. DD. & præcipuè Bolognett. & Curt. Sen. num. 54. ac Cagnol. num. 9. in l. defunct. ff. de offic. aſſeſſ. Cephal. conſ. 70. num. 7. & conſ. 71. nu. 2. Surd. conſ. 42. num. 2. vol. 1. Idemque dicendum eſſet quando
5 fuiſſet abſens cum licentia Regis, ſeu Proregis etiam pro ſuis negotijs per agendis tunc enim totum ſalarium deberetur ad text. in l. hac lege vbi Ioann. de Plat. C. de proxim. Sacr. Scrin. lib. 12. ponens exemplum in poteſtate Capitaneo, & quocunque alio officiali, & benè Bart. ibidem vbi ſi Ciuitas concedit alicui ſtipēdario, vt iret in Alemaniā vel ad bellandum habebit ſtipendium toto illo tempore, ac ſi ſeruiſſet gloſ. in l. deſertorem §. ſi ad idem ff. de re milit. quam ſingularem dicit Bald. in l. ſi ea conditione C. de condit. infert, & in Auth. habita num. 22. C. de filius pro patr. Amat. deciſ. 52. num. 8. Surd. conſ. 42. num. 1. vol. 1. vbi num. 15. limitat niſi alibi ſtipendium ſiue ſalarium ab

alijs percepiſſet,vt dixit Bar.
in d. l. diem func · vbi Iaſ. &
rationem ponit,na... quid ali
bi ſeruiuit,& ſalarium perce-
pit nullum ſentit damnum,
ſi in primo officio non rece-
pit ſatisfactionem ex quo eſt
in alio lucratus , & eſt com-
munis opinio , quam omnes
DD. ibi ſequuti ſunt, vt dixit
dixit Surd. loc. cit. num. 16.
Rip.de priuil. contract. cauſ.
num. 123. Syluan. conſ. 28.
Tuſc. concluſ.8.litera S num.
26. vel ſine culpa ſua deten-
7 tus eſſet de Platea in l. 1. C. de
remilit.lib.12. vt pariter ſi eſ
ſet abſens ex cauſa reipubli-
cæ ad text. in l.ſiquis Titio &
l.Iulianus ex quibus cauſ.ma
ior.vbi Alber.Bart.& Fulgoſ.
Oltrad.conſ.17. num.2. Anna
conſ.42.num.20.cum ſeq.vol.
1. quod tempus abſentiæ pro
ſeruitio computatur Bald. in
l. liberti num. 16.C. de oper.
libert.
8 Et non ſolum diſpoſitio no
ſtri textus habet locum in Iu
dice negligente, ſed etiam in
officiali , & loco recedente ,
vbi officium exercebat abſ-
que licentia ſuperioris l. 3. §.
quod militiæ ff. de re milit.
vbi gloſ. & in §. ſi ad diem l.
illud ff.ad offic. præſid. l. hac
lege verſ. & quoniam à con-
trario ſenſu C.de proxi.ſacri.
lib. 12. ibi quod liberam pro-
ficiſcendi licentiam pronun-
ciatione commeatus adepti
fuerint ſine aliqua ſtipendio-
rum , aut emolumentorum
deductione peregrè degunt.
vbi Bart. & Lucas de Penna
Roman.ſing.453.Carauit. ſu-
per ritu 7. num.7. vbi hoc in-
telligit tam pro tempore quo
ſtetit abſens quam pro die-
bus eundi. & redeundi vt per
Bald. in l. ſi ea C. de condit.
inſer. Pariſ. de Put.de ſindic.
verſ. ſalarium cap. 6. incip. ſi
officialis decedat num. 2. fol.
400. Azzeued.lib.3.recop. tit.
5.l.6.num 8. vbi ait, quod aſ-
ſeſſor licet infirmetur,& velit
ad domum propriam cauſa
ſe medicandi accedere ſit cau
tus, vt cum licentia recedat ,
& multa alia tradit in mate-
ria niſi aliter ſalutem recupe
rare non poſſet , quia tunc ſi-
ne licentia poſſet recedere
ad text.in cap. ad audiendum
& in cap. relatum de Cleric.
non reſid. & in cap. 1. de Cle-
ric. ægrot. Tap. in cap. Regis
Carol.35.num.9.fol.mihi 11.
Azzeued.in l.6.cum l.ſeq. nn.
5.lib.3.recopil.Diez.d. quæſt.
8.num. 28. cum ſeq. Idemque
intelligit Carauit.in loco re-
lato in officiali recedente, &
demum redeunte alias ſi non
fuit poſt modum reuerſus ad
ad officium priuatur ſalario
ne dum temporis futuri quo
ſe abſentauit, ſed etiam tem-
poris præteriti quo ſeruiuit,
vt

Digitized by Google

vt dixit Bald. in l. 2. num. 2. verſ. ſed quid ſi promiſit C. locati Cagno.latè in d.l.diem functo num 212. ſubdens in hoc Regno Neap. pœnam eſſe priuationis officij de qua per Franc. deciſ. 455. ibique eximius vir ille D.meus Ricciùs vbi multa tradit ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Debitores tributorum non ſunt ſtatim carcerandi.*
2 *Tributa debent prius peti, & poſtea exigi.*
3 *Contumax pro debito ciuili exequitur realiter, & perſonaliter.*
4 *Debitores tributorum ſummariè compelluntur ad ſolutionem.*

De exactoribus tributorum. L. nemo carcerem.

1 DEbitores ob non ſolutionem tributorum non ſunt in carceres ponendi, vel compedibus affligendi, ſed ſi ipſi in contumacia perſeuerauerint ſecus erit hoc dicit, & ratio deſumitur à l. à diuo dio §. in venditione ff. de re iudic. vbi non eſt ſtatim incipiendum à carceratione quare mandatum eſt exactoribus accedere ad ſubſtantias de bitorum bonaque capere, & illa diſtrahere iuxta tradita per Piccol.in pragm.1.de apprer. num. 100. & hinc inuoluit praxis,quod prius debent
2 peti tributa, & deinde exigi, vt notat Campag. in cap.por recta num. 98.ex mente Luca de Penn.in l.fin.C. de ſuper in d.lib.10.in fine, & ſic expreſſè mandatur per pragm.7. §. in fine de commiſſ. ſed ſi fuerint renitentes capiantur, & carcere, & carcerentur non tamen cum compedibus, vt dixit ibi Camp. d. num. 100. nam perſiſtens in contumacia etiam pro ciuili debito poteſt per Iudicem capi perſonaliter textus eſt cum glo. in l.nullum C. de teſt.l. ſacrileg.la 2.ff.ad l.Iul.pęcul.Balb. deciſ. 157. Frecc. de præſent. inſtr. p. 8. q. 9. num. 5. dicens
3 ad practicam huius regni, quod contumax iuxta formã ritus non ſolum exequitur cõtra ipſum in bonis, ſed etiam in perſona Nacta conſ.32. nu. 1. vol. 1. Rebuff.ad conſtitut. Gall. tom. 3. tit. de contum. artic.3. gloſ.vnica num.8. vnde hodie contra tales ſumma-
4 riè ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu contra renitentes ſoluere proceditur ad inſtantiam vniuerſitatum pro fiſcalibus debitis prout cautum

H 2 eſt ex

eſt ex pragm.5.§.11.de admi. vniuerſ.& ibi Montan.ſub nu. 3.& 4.& ad propoſitum dixit Menocch.de arbitr. Iudic.q.7 num. 28. quod cenſeatur datum arbitrium exactoribus cenſuum Principis ijs verbis compellant debitores, vt eis viſum erit licet per hanc poteſtatem cenſeatur mandare, vt teneantur legem municipalem & conſuetudinem in exigendo ſeruare idem q. 71. num. 12. etenim exequutiuè agitur contra eos Feſtas de Collect. & æſtim. par. 3. in princ.num.7.& num.15.diſputat an ſint carcerandi,& plura ad ornatum huius textus vide Carauit.ritu 127.num.8

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio textus.*
2 *Debitor ereptus à carceribus ſi poſtea ad eas reducatur eripiens liberatur.*
3 *Eximens captum è manibus familiæ habetur ac ſi pro eo fideiuſſiſſet.*
4 *Debitor admonitus aduer-*
5 *ſus eum inſtari per creditorem ad capturam ſi au fugerit competit actio creditori aduerſus monentem fallit, vt nu.5.*
6 *Epiſcopus debet gratificare quem ex duobus præſentatis æque idoneis quorum alter eſt conſanguineus.*
7 *Prohibens exequutionem realem tenetur in ſubſidium.*
8 *Delegans ignoranti debitorem decoctum tenetur in ſubſidium erga creditorem.*
9 *Impediens capere malefactorem confeſſum,vel conuictum in quam pœnam incidit.*
10 *Amouens litteras Iudicis à manu ſeruientis quomodo punitur.*
11 *Eximens condemnatum à manibus Curiæ,vel è carceribus qua pœna punitur.*

De exactoribus tributorum. L. quoties.

1 QVi debitorem captum eximit ad id quod Fiſco,& priuato debebatur tenetur, hoc dicit, textus imò fuit obſeruatum aliquando hunc eripentem fuiſſe obuiolatam Principis Iuriſdictionem pœna mortis damnatum vt tradit Carauit. in rit. 160. num. 2.

2 Ampliatur primo, vt procedat etiam quod ereptus de bitor ad carceres poſtea reducatur, quia non per hoc eri piens cenſetur liberatus ab obligatione inquam eripiendo incidit Magon. deciſ. Lucenſ. 90. Gomez. in §. pœnales num. 49. verſ. tamen iſta inſti. de act. cum eximens captum è manibus familiæ tenetur, ac ſi pro eo fideiuſſiſſet in
3 omnem caſum textus eſt in l. 1. §. ſi quis C. de falſ. monet. Guid. Pap. deciſ. 579. num. 2. verſ. circa hanc materiam idcirco ex hac ratione pariter ad debiti ſolutionem tenetur Guid. Pap. d. deciſ. nu. 1 in fin. Milan pract. cap. crim. fol. 49. num. 9. Campagn. in cap. regn. 132. num. 14. vbi dicit, ita practicam, & vide Boer. dec. 217. num. 12. cum ſeq.
4 Ampliatur ſecundo, quamuis non fuerit exemptus à poteſtate familiæ, ſed tantum admonitus aduerſus eum inſtari per creditorem ad capturam, quod ſi aufugerit creditori competit actio aduerſus admonentem tam pro ſolutione debiti quam pro damnis in ſubſidium tamen, vbi aliter creditoris indemnitati non ſit conſultum etiam ſine doli probatione Salic. & Caſtr. in l. fin. C. de oper. liber. Iaſ. in §. pœnales num. 103. ibique Gomez nu. 49. inſtit. de acti. Marſil. ſing. 137. & eo magis procederet quando occultaret debitorē Fiſci, vel Eccleſiæ Genuenſ. pract. Eccleſ. q. 405.
5 Tñ ſi notificans eſſet coniuncta perſona illius, qui fuit admonitus, vel magnæ amicitię vinculo aſtrictus non poſſet hac de re moleſtari quoniam quis tenetur magis diligere conſanguineum eique potius ſubuenire quam extraneo Afflict. deciſ. 290. num. 10. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 3. nu. 24. Menoch. conſ. 231. num. 3. omnique ſtudio coniuncti commoda procuratione, & totis viribus eum tueri l. hæc autem §. 1. ff. ex quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. Barz. deciſ. Bonon. 129. num. 4. Vnde merito fuit deciſum in Curia Archiepiſcopali teſte peritiſſi-
6 mo D. meo Riccio deciſ. 213. Epiſcopum debere gratificare quem ex duobus præſentatis æquè idoneis quorum alter eſt conſanguineus. Sed non ita procedit eximendo è manibus familiæ Menoch. d. caſu 583. latè Surd. in tract. de alim. tit. 2. queſt. 88. & 89.
7 Ampliatur tertio à fortiori ad prohibentem exequutionem realem Guid. Pap. deciſ. 579. eum ſit vtrobique par ratio in exequutione reali, qua

li, quæ in perſonali Stracc.
tract.de mercat.in tit.de cō-
duct.2.par.vltimæ partis nu.
2. Menoch.de arbitr. Iud.ca-
ſu 583.nu.5.

8 Qua ratione delegans igno
ranti debitorem decoctum
tenetur in ſubſidium erga
creditorem cui aſſignauit no
men debitoris Surd.deciſ.23.
9 num.7.& 11.& ti pariter im
pediens officiales capere ma
lefactorē,& cōfeſtum,vel con
uictum incidit in l. Iul. Ma-
ieſt.Viu. deciſ.92. Guid.Pap.
d. deciſ. 579. & 161.nu.5.vbi
etiam habetur qua pœna ve-
10 nit puniendus ille qui amo-
uet litteras Iudicis à manu
ſeruientis,& etiam quomodo
puniantur lacerantes litte-
ras iudicales, & per eundem
deciſ. 233.

Ad ornatum tamen,& pro
choron. de huius textus vi-
deas Doctiſſimum D. meum
Riccium in collect. deci.586.
& in deciſ.204. par.2. vbi nu.
6.allegat.Farin. practi.crim.
tit. de carcer. & carcerat. q.
32.num.62.cum ſeq. Franciſ.
deciſ. 442. Caball. reſolut.
crim.caſu 8.& plurimos alios
apponens pœnam eximenti-
bus aliquem à manibus Cu-
riæ vel à carceribus.

11 Sed ne ſilentio per tran-
ſeam animaduertere debent
eximentes condemnatos à
manibus Curiæ, vel ſatelli-
tum incidere in crimen læſæ
maieſtatis ad tex. in l.cuiuſ-
que verſ.item,quo confeſſum
ff.ad l.Iul.maeſt. Boſſ.tit.de
crimin. læſæ maieſt.num.61.
Guid.Pap.deciſ.579. Carrer.
practic.crimin.verſ.item eo-
rum num.91. Duen. reg.281.
Clar.§.fin q.68.Viu. deci.92.
Menoch.de arbitr. Iudic. ca-
ſu 583. & à maiori procedit
in eximente condemnatum
à carceribus Faber in §.pœ-
nales num.7.inſtit.de act.Ber
tazz.conſ.35.num.25. Farin.
de carcer.& carcer.q 30.nu.
101.vbi loquitur de condem-
natis ad mortem mutilatio-
nem membrorum,vel ad tri-
remes, vnde eximentes tales
non compræhenduntur ſub
indultu generali latè Maſtril.
de magiſtr. in comment. ad
indult. generale cap. 39. vbi
eo fortius affirmat in eximen
te condemnatum ab ipſis Re
gijs triremibus referens ca-
ſum accidiſſe tempore regi-
minis Ducis Feriæ de anno
1606. in cauſa cuiuſdam no-
bilis Panormitani in qua ip-
ſe Iudicauit non eſſe admit-
tendum ad indulti beneficiū
iuxta addita ad Guid. Pap.
deciſ. 579. verb. crimen læſæ
maieſtatis; vbi allegat tex.
notab.in l. 1.& l.in eos ff.de
cuſtod. reor. cum ſimilibus
traditis per Faron. d. q. 32.
num.3.& Caball.reſol. crim.
caſu

caſu 8. Nouar. Frat. in prag. 2.de abolitionibus.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio textus.*
2 *Adminiſtratores Vniuerſitatum infra annum tenentur exigere nomina debitorum alias tenentur de proprio, licet poſſint poſtea repetere, ut n.4*
3 *Procurator Eccleſiæ ſi non exigat à debitoribus tenetur de ſuo.*
5 *Aerarij ſi non exigant an teneantur de proprio.*

De exactoribus tributorum. L. miſſi opinatores.

1 PRÆSIDES prouinciarum conſtituti ſuper exactione militaris annonæ ſi vltra annum protraxerint abſque vlla mora de proprio coguntur ſoluere militibus, quod debetur ipſis aduerſus obnoxios ſeruata repetitione hoc dicit textus ex quo ſumpta eſt pragmat. 5. §.4.de admin. Vniuerſ.vbi adminiſtratores bo-
2 norum Vniuerſitatis infra anni circulum tenentur exigere nomina debitorum alias eo elapſo de proprio tenentur,ac poterint liquide ſignificari refert Capiblanc. ſing. 2. ſubdens elapſo anno debitum effici particulare adminiſtratoris ex Guid.Pap deciſ. 87. Idemque procedit in procuratore Eccleſiæ, ſeu capituli Canonicorum,qui ſi non exegit à debitoribus tenetur de ſuo iuxta tradita
3 per Genuenſ. in practic. Eccleſ.q.442.
4 Aduerte autem,quod licet teneantur ſupradicti de proprio,tamen poſſunt repetere à debitoribus ſecundem deciſ. Franc. Mart.813. num.3. relatam per Tepat. var. Iur. ſent. tom. 2. tit. de tribut.& collect. col.2.in fine fol. 324.
5 Sed an ærarij Baronis, qui ſunt annales, vt ſcripſi infra in l neminem C. de ſuſcept. lib.10.elapſo anno ſi non exigerint teneantur de proprio Baroni, & Lanarius in eius optimo conſ. 99. negatiuam opinionem firmauit ex eo, quod textus noſter diſponit pro ſubſtentatione belli, & conſequenter pro manutentione regni quaſi quod exactione non facta periculum ſit in mora, & ſic hoc in tali ſpeciali caſu fauore publico videtur introductum, vnde in ærario ceſſant rationes, quæ militant in caſu noſtri textus maximè,quia exactio ne non facta per ærarium nõ

non

non ſolet vrgens aliquod periculum Baroni imminere, quod tanto magis procedere videtur quando debitores ad huc ſunt ſoluendo ex traditis per eum hinc dixit Maur. Iun. in alleg. 78. quod ſi iſti debitores ſunt effecti non ſoluendo tenebuntur de proprio dummodo ipſe ærarius poſt annum fuerit negligens in exigendis nominibus debitorum l. magiſtratus ff. de admin.rer.ciuit.pertin.l.quẽ admodum §. magiſtratus ff. ad l. Aquil. argu. text. in l.ſi quando verſ.ipſum autem Iudicem C.de teſt.nam in dolo fuit, ſeu ſaltem in lata culpa & ſic de ſuo tenetur l. ſi pupilli §.videamus l.3.§. interdum ff.de negat.geſt.Bart. in L quod nerua ff.de poſ. Affli. in conſtit. officialis col. & quod textus noſter non procedat in ærario Baronis adducitur à ſimili, quod inquit Nouarius Frater in quæſt.Forenſ.60. num.7. vbi pragmatica puniens pœna quadrupli adminiſtratores Vniuerſitatis, qui omictant ponere aliquem introitum non procedit ærarijs, & adminiſtratoribus Baronum.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio textus declaratur, vt nu. 5. 6. & 7.*

2 *Rationes an iterum ſunt reddendæ quando interuenit pactum, vel iuramentum, quod calculus non reuideatur.*

3 *Quietatio facta à minori muliere ruſtico, vel alia ſimili perſona poteſt reuideri etiam ſtante iuramento.*

4 *Quietatio facta à perſona ſagaci callido in negotijſque verſato reuideri non poteſt.*

De Apocis publicis. L. ſemel.

1 Rationibus ſemel redditis, & calculatis denuò quis non vrgetur ad reiterandum calculum, hoc dicit, & ita affirmarunt Ioan. Andr. & cæteri in cap. vnico de Cleric.Egrot.Soccin.Senior. conſ.92.num.1.lib.4. & Dec. conſ.94. num.4. voluit pariter Cardi.in clem.2.§.illi q.8 de religioſ. dom. Capiblanc. ſing. 159. & latè Eſcobar. de ratioc.cap.41.& quidem hoc iuſtiſſima ratione fuit conſtitutum, vt euitaretur proceſſus in infinitum, ne rationes immortales efficerentur argum.l.properandum ff. de Iudic.

dic. maximèque id procedit quando in calculatione interuenit abſolutio,& pactum de non contraueniendo nam adhuc prætextu ſolius erroris rationes iterum non ſunt reddendæ ita docuit Bart. in l. 2. in fin. C. de Iur. Fiſc. lib. 10. & fortius hoc locum habet cum is adminiſtrator cõſequutus eſt liberationẽ iuramento confirmatam iuxta gloſ. notab. in l. 3. §. 1. verb. liberationem ff. de contrah. & inutil. act. tutel. & in hanc ſententia fuit Caſtrenſ. conſ. 342. & Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2, caſu 209. num. 377. quæ gloſ. idem ait in iuramẽto à minore præſtito ex Auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſus vendit. illamque ſingularem dixit Tiraquell. de leg. connubial. etidem procedere in impubere decem annorum,& hoc propter obſeruantiam iuramenti, vt fuiſſe pluries deciſum teſtatur Afflict. deciſ. 393. num. 10.

Et facit pro hac opinione quia contractus ex conuenctione partium legem accipiunt etiam ſi cõuenctio fiat cõtra ſubſtantiam cõtractus vt in l. 1. §. ſi conueniat ff. depoſit. pluribuſque rationibus hoc exornat Theſaur. deciſ. 160. num. 1. & facit textus in l. Lucius ff. de liber. legat.

Ab hac tamen ſententia omnino recedendum eſſe putauit Maſcard. de probat. cõcluſ. 263. n. 17. quia quando in quietatione fuit factum pactum de non contraueniendo rationibus ſemel calculatis tale pactum dicitur fallax,& ratione præſumpti pacti fraudulenti liberatio eſt irrita, ita quod non prohibentur cõtrahentes eius occaſione calculum reuidere, & eius errores retractare, & ratio huius ſententiæ eſt, quia eo ipſo quod apparet erratum fuiſſe in calculis, conuenctiones, renunciationes, ſtipulationes, & pacta in quietationibus appoſita eodem errore appoſita cenſentur, vt voluit Pariſ. conſ. 92. vol. 4. vt hoc ſit ad effectum, vt prædictis pactis, & conuenctionibus non obſtantibus errores in rationibus contenti poſſunt Iure optimo retractari, etiamſi in tali quietatione Iudicis authoritas interuenerit cum eodem dolo errore & cauillatione cenſeatur renuncians inductus ad ponendum prædictas clauſulas quibus, & Iudicis decretum, & alias ſimiles cautiones ex ex Bart. in l. doli mali §. diuerſum ff de nouat. & l. fin. C. de non numer. pecun. l. ſi quis cum aliter num. 4. ff. de verb. ſignif. Et idemque dicendum eſt quando quietatio eſſet iu

tata, quia adhuc contra eum procedi poſſet Theſaur. deciſ.74.num.7.Guttierez.de Iuram.confirm.par.1.cap.40. num.25.Aymon.conſ.42. nu. 27.& rationem ſupra diximus,quia vbi dolus inquietatione interuenit eodem dolo quo quietatio fuit extorta præſumitur extortum iuramentum confirmatorium, quod maximè verum eſſet, vbi decretum Iudicis non eſſet adhibitum cum cauſæ cognitione, vt voluit Pariſ. vbi ſupra num. 57.firmans, quod quando decretum Iudicis interuenit inquietatione à minore tutori præſtita ſine cauſæ cognitione, ſed ex abrupto præcipitanter,& in cõſulto,& ſolum comprobando rationem ſiue geſta per tutorem nullo dato temporis interuallo,& omnium ſingula præſumuntur facta, & ideo decretum eſt nullum:Ex quibus dicendum omninò venit rationes ſemel redditas poſſe reuideri quamuis inter partes fuerit initum pactum, & iuramentum, vt talibus calculis perpetuo ſtarent, ita quod vt nullo modo aduerſus calculum veniri poſſet.

Sed prædictæ opiniones cũ hac diſtinctione concordari poſſunt nam hæc ſecunda opi
3 nio procedit quando ille à quo fuit facta quietatio erat minor mulier, ruſticus, vel alia perſona ſimilis, quæ ex ſua ignorantia,& facilitate potuiſſet facile circumueniri,quia hoc caſu etiam ſi expreſsè errore calculi ſub generalitate verborum renunciaſſet licet renunciationem iuramento confirmaſſet non obſtante dicta renunciatione iurata conſtito de errore ad illum retractandum debet admitti,ita Couar.lib.2.var. cap.4.num.3.& 5.Guttier. de Iur. confirm. cap.23. num.3. par. 1.

4 Prima verò opinio negatiua locum habet quando fuit facta quietatio ab homine callido ſagace,& in negotijs verſato, qui alios contractus conſueuerat gerere maturo conſilio perpenſo, tunc enim renunciatio erroris etiam per verba generalia facta illi noceret,vt firmauit Theſaur. deciſ.260.nu.10.

5 Declaratur primo textus noſter, vt non procedat cum ſemel redditæ rationes dolo redditas eſſe demonſtrantur ita Doctores in l.1.C. de error calc.Caſtrenſ.d.conſ.342 col.2.Anchar. conſ. 331. Iaſ. conſ.219.num.2.lib.2.& Socein.ſenio.conſ.159. col. 3.& 190. lib. 2. qui ſuſiſſimè ſcribit,vbi argui poteſt dolus,& fraus iam calculatis, & redditis rationibus, & eſſe iterũ calcu-

calculandas reſpõderunt Neniz.conſ.94.in fin.hac tamen in re doloſum eſſe claris atque perſpicuis probationibus detegendum, ita Dec. conſ.94.num.4. verſ. non obſtat,& in l.1. num. 8. in fine C.de err.calcu.& non ſufficit probare dolum præſumptum ſed opus erit dolum verum demonſtrare,quod ſentit Soccin.Sen.d.conſ.92.

6 Declaratur ſecundo, quando ex dictis rationibus fuiſſet enormiter læſus, quo caſu clarum eſt,& à Iure approbatum,etiam ſi ratio extitiſſet ſemel reedita, & calculata imò plus ſi foret quoque ſequuta quietatio per publicum inſtrumentum cum clauſulis ſolitis, & conſuetis in pleniſſima,& ampliſſima forma adhuc tamen ratio non eſſet ſufficienter reddita pulchrè Viu.deciſ.400. num. 39. par.1.& pluries meminit in par. 2.

7 Declaratur tertio, ſi Iudex in ſententia rationum reſeruaſſet prout cauti,& diſcreti reſeruare ſolent vim, dolum, aut errorem in illis interuenientem quandocunque reformare, & corrigere eo enim caſu quantumcunque in rem iudicatam tranſierint rationes adhuc prætextu erroris vis, metus, vel fraudis reuideri iterum licebit ſententia namque Iuris reſeruatiua Ius partium vtique conſeruat ex Bald. in l. cum eorum num.2.C. de ſenten. & inter loquutor omn. Iudic.Aymon.d.conſ.29.nu.8

Ad materiam latè Frater Nouarius in Collect. deciſ. ad pragmat. huius Regni ſuo loco.

SVMMARIVM.

1 *Solutio trium annorum denotat ſolutionem in præteritum ampliatur, vt num.3.4.5.6.7.8. Limitatur num.9.10.11.11.13.& 14.*

2 *Vniuerſitas ſoluens functiones Fiſcales per triennium continuum non poterit moleſtari in præteritum.*

De Apocis Publicis. L. quicunque.

1 Oſtendens ſe tribus annis ſoluiſſe retro ſoluiſſe præſumitur niſi contrarium probetur,hoc dicit,vide Caball.milleloq. 226. Iaſ. in l.ſi certis annis col.2. verſ. adde principaliter C.de pact. Caſſan.ſuper Conſuetu. Burgun. col.1.fol.mihi 371.Franc.de-

 ciſ.

ciſ.136.Alphan. colleƈt. 945. latè Gabr conclſ.11.de præſumpt.Maſcard.concluſ.604. num. 16. Mantic. de conieƈt. vltim.volunt.lib.3.tit.15.nu. 66.& poſt alios D. Ricc. in colleƈt.deciſ.25.& Capiblan. ſing.171. ex quo dicendum
2 eſt Vniuerſitatem ſoluentem per triennium funƈtiones Fiſcales non poſſe in præteritũ moleſtari, vt per Apont.in traƈt. de poteſt. Proreg. tit. de regal.impoſit. §.2. num.3. & ſeq.

3 Ampliatur primo, diſpoſitionem noſtri textus procedere in penſione ſecundum Conc.Dec. 650. num. 15. voluit etiam Gigaſ. in traƈt. de penſion.q.81.& Gabr.d.concluſ.11.num. 6. & ſic ſoluens per triennium penſionem præſumitur ſemper ſoluiſſe Cappell.Tholoſ.dec.236.

4 Ampliatur ſecundo, non ſolum procedere, ac habere locum præfatam concluſionem in ſolutione triennali, ſed etiam in ſolutione trimeſtrali, vel ſemeſtrali, ita Pariſ.de Put.de feud.reintegra. cap.197.num.19.& Miſynge. obſeru.39. centur. 5. quem referendo ſequitur D. Ricc. in d.Colleƈt.25. in fine, & ratio videtur eſſe meo Iudicio, quia diſpoſitio huius textus non verſatur in ſpatio temporis, ſed in tribus aƈtibus, & ſolutionibus continuatis, & in conſequentiam ſiuè ſolutio ſit triennalis, ſiuè trimeſtralis,aut ſemeſtralis operatur quin inducat præſumptionem ſolutionem retro continuè fuiſſe faƈtum quare in propoſito adduco deciſ. Cappell.Tholoſ.225.vbi ſi ſolutio non ſit faƈta trina vice, ſed vna tantum non eſt ſufficiens ad inducendam huiuſmodi præſumptionem, vt infra, & pari ratione vidẽdus eſt Gab. d.concluſ.11.num.9.vbi ſolutio etiam ſi eſſet diſtributa per quinquennium,& conſtaret de ſolutione trium poſtremorum quinquennorum adhuc præſumptionem ſolutionis in præteritum induceret arg.tex.in l.1.§. item quæſitum C. de indiƈt. lib. 10. & quod ſolutio ſi eſſet diſtributa per ſemeſtria induceret hanc præſumptionem firmauit Menoch.de præſump. lib. 3.præſumpt.139.num.13.plurimos referendo, & de Pont. d. tit. 4. de regal.impoſ.§.2. num. 5.

5 Ampliatur tertio, in emphyteuta, qui ſoluto canone per tres annos cõtinuos præſumitur retro ſoluiſſe Gabr. d. concluſ. 11. num. 2. Pariſ. loc.cit.caſu 61.pag.31.Cotta in memor.verb. ſolutio faƈta Duen.reg.54.num.1. Theſau. deciſ.114.& Menocch.de præſumpt.

Digitized by Google

ſumpt.d.præſumpt.139.num. 6. qui nonnullos alios cumulat.

6 Ampliatur quarto, procedere in ſolutione collectarũ, nam exhibendo, quis tres ſolutiones annales continuatas præſumitur in præteritũ ſoluiſſe Trigon.ſing.11. relatus per Gabr. d. concluſ.11. num.5.& Menoch.d.præſumpt.139. num.8.

7 Ampliatur quinto, etiam ſi debitum eſſet iuratum iuxta conſ.Grat.121.col.2.lib.2 & deciſ. Boer. 236. ita etiam Gabr. concluſ. 11. num. 8. & Farin.d.præſumpt.159. num. 12.

8 Ampliatur ſexto, vt locum ſibi vendicet in contractu cẽſuali Soccin.conſ.118. num.3 vol.4.Cremenſ.ſing.78. Theſaur.d.deciſ.114.num.4. Gabr.d.concluſ.11.num.4.Grat. conſ.221.num.4.lib.2. Benedict. in cap. Raynutius verb. ſi abſque liberis moreretur il 2.num.188. de teſtamen. & alij quos ſequitur Menoch. loc.ſuperius cit.num.7.conſ. 5.nu.22. vol.1.

Contrariam autem ſententiam putãt eſſe veriorem, ac firmiorem ſtante bulla Pij V. mandantis ſolutionem cenſus debere eſſe realem, & nõ fictam, vnde cum textus noſter fundetur in præſumptione,& in ſolutione ficta ex eo quod quis ſoluendo per triennium continuum præſumitur ſemper ſoluiſſe, concludendum eſt non procedere in contractu cenſuali cuius ſolutio debet eſſe realis,& non præſumpta in terminis eſt deciſio Milanen.13.num.108 in fin.lib.20.quam allegando ſequitur Maſtrill.in addit.ad Petr. Greg. in tract. de cenſ. q. 9. num. 26. vbi conſiderat præfatam Bullam requirere probationem ſolutionis per inſtrumenta, & non per præſumptiones, & iuxta hanc opinionem in iudicando ſectatus eſt ipſemet Maſtrill.de anno 1598.& audiuit ſic ſæpius fuiſſe iudicatum, vt ibidem teſtatur quam; ſententiam pariter in conſulendo ſequutus eſt Nouarius Frater de hoc anno 1624. vt apparebit ex 2.tom.qq. forenſ. fusè loquendo.

Quia tamen in regno noſtro obſeruatur Bulla Nicolai V. mandantis in contractu cenſuali non requiri pecuniam præſentem, vt per Molfeſ.conſ.8.num.8. & 9. in fine, vbi ait, quod dubium eſt ſi præfata Bulla Pij V. eſt recepta in hoc regno,& Bulla Nicolai eſt receptiſſima ideò ſtandum eſt Bullæ Nicolai quamuis anteriori, & conſequenter in hoc regno Neap. textus noſter in l. quicunque proce-

procedit in contractibus cenſualibus in alijs verò regionibus procedit opinio Nouarij Fretris.

9 Limitatur primo, diſpoſitio ſic ampliata, vt non procedat in ſolutione irregulari & ideo ſi promiſiſſem Titio centum ſoluere quolibet anno vſque ad annos viginti, licet probarem ſolutionem trium annorum præteritorũ, non tamen præſumeretur cõtinua ſolutio, quia hæc præſtatio non dicitur canonica, neque illatio regularis reſpiciens tem, ſed quadam grauamen contingens, quod reſpicit perſonam Menoch. d.præſumpt.139.num.26. firmat etiam Gratian. deciſ. 152. ex notab.Cremenſ.80.& memo. Cort.in verb.ſolutio,& num. 5. fitmat pariter prædictam diſpoſitionem, nec habere locum contra tertium, vt puta dominus directi vendidit Ius ſuum directum Titio, cui emphiteuta ſoluit per tres annos canonem debium, huiuſmodi ſolutio triennalis facta Titio nullam inducit præſumptionem contra dominũ directi venditorem quominus poſſit petere præteritorum annorum canonem, ratioque eſt manifeſta nam ipſe nullas recepit ſolutiones quibus conſentire,& præterito credito quodammodo renunciare dicatur de quò vidè etiam Menoch.d. præſumpt. 139.nu.32.

10 Limitatur ſecundo, quando creditor recipiendo illas trium annorum ſolutioues proteſtatus fuiſſent ſaluum Ius eſſe, velle pro præteritis annis Crauetta conſ.313.col. 4.verſ.8. illa lex, ex eo, quod cum ſimus in claris nulla poterit cadere præſumptio diſpoſitionis textus argum. notatorum per Alciat. de præſumpt.pag.14.nu.1. & ſeq.

11 Limitatur tertio, non procedere quando ſolutiones trium poſtremorum annorũ ſunt per multum tempus antequam debitor conueniretur, & quomodo hoc tempus intelligatur vide Franc.deci. 137. D. Ricc. d.collect.deciſ. 25.& Alphan.d. collect.945.

12 Limitatur quarto, quando debitor non ſoluit creditori per illum triennium, ſed tantum depoſitum fecit nam ceſſaret diſpoſitio textus ſecundum conſ. Crauett. 313. col.3.verſ.6.conſidero inquit enim ſolutionem fieri creditori volenti, & recipienti qui recipiendo dicitur conſentire depoſitum verò fieri contra voluntatem creditoris, qui ob id non conſentit, & conſequenter nullum ſibi affert detrimentum.

14 Limitatur quinto, vbi ſolutio

ĉlo non fuiſſet facta principali creditori, ſed tantum procuratori iuxta deciſ. Caualc. meniti ſemper tenendam 29. num. 42. quæ adducitur per Nouarium Fratrem in vna qq.forenſ. lib. 2. adhuc non impreſſa.

14 Limitatur ſexto, quando ſolutiones ſunt factæ vnica vice,& ſic non in diuerſis tēporibus Cremenſ. ſingul. 79. Cappell.Tholoſ.d. deciſ.235. Balb.de præſcript.par.3.princip.col.11. Gabr. d. concluſ. 11.num.13.Trigon.ſing. 125. & plures alij per Menoch. d. præſumpt.139.nu.24.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimator malè æſtimans tenetur in ſubſidium.*

2 *Notarius non apponens clauſulas ordinarias in inſtrumento, tenetur dānum paſſo.*

3 *Calculatores exiſtendo in mora calculandi tenentur ad intereſſe parti læſæ.*

4 *Aeſtimator electus à Iudice, vel à parte an poſſit officium ſuum renuere.*

5 *Aeſtimatores an poſſint ab vna ex partibus recuſari.*

6 *Peritis in arte quando ſit ſtandum.*

7 *In æſtimatione melioramentorum, quod tempus inſpicitur qualiter ſit æſtimanda res ad materiam l.2.C.de reſc.vend remiſſiuè.*

DE DISCVSSORIBVS. L.1.

1 SI æſtimator malè æſtimat ipſe tenetur, hoc dicit, tu tamen intelligas in ſubſidiū vt per Coſtam.de remed.ſubſid.remed.51.num.5. vbi contra agrimenſorem, vel calculatorem agit in ſubſidium damnum paſſus de eo, quod peruenerit ad ipſum ex mala relatione, qn̄ aduerſarius nō eſt ſoluendo, quod ſi menſor vel calculator de dolo, aut lata culpa fuerint conuicti, tūc recta via teneri, & poſſe de pacto conueniri concludit ipſemet Coſt.allegat Aret. in §.quædam inſtit.de act. in fine tex.in l.ſi duobus §.1.cum ſeqq.ff.ſi menſ. falſ.mod.dix. gloſ. in l. fin. C. de mag.conuen.quæ loquitur de æſtimatore,& optimè Sol. in conſti. Sabaud.tit.de cenſ.ſolut.par. 3.gloſ.vnica num.4.prçcipuē verò ob reatumperiurij quo nodatus reperitur author fal ſare-

ſæ relationis,ſeu doloſæ menſurationis l. comparitiones ſ. omnes vbi Bart. C. de fid. inſtrum.Borrell.conſ.84.nu.5 7. & 10. vbi aggrimenſor iurat de menſurando legaliter, & bona fide Maluaſ.conſ.111 num.5.hinc oritur,quod dam
2 num paſſus ex facto Notarij, qui non ritè, & rectè ſcripſit inſtrumentum in eo non inſerendo ordinarias clauſulas & de ſtilo apponi conſuetas vel qui alias malè ſe geſſit in editione illius vtitur actione ſubſidiaria contra Notarium idem Coſta num. 6. ex Dyn.ſing.85.Bart.ſing.180.& in l.5.num.7. ff. de tabul. exhib. Cagnol. in l. ſi librarius ff.de reg.iur. Bauen. 272. Alban.conſ.10. vol.1. Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 370. & Guid.Pap.deciſ.582. ſubdens num.7. non teneri Notarium niſi probetur error prout præſumitur pro eodem affirmante ſe erraſſe Socci. conſ. 91. num. 8. vol. 1. Dec.conſ. 175. & alijs per eum relatis.

3 Sed num calculatores ,qui ſteterunt in mora calculandi teneantur parti læſæ ad intereſſe, quod ex tali mora reſultaret affirmatiuè Molin. ſuper Conſuet.Pariſ. tit.1.gloſ. 3. num. 8. vide Garziam in tract.de expenſ.cap.24.num. 25. imò peccati mortalis reus eſſe dicitur calculator, qui fuit in mora & ex eo partem damnificauit, vt ſentit Blaſ.in tract.de arbitr. q.77. vol. 8. ante eum gloſ.in cap. ſicut, vnde ad propoſitum dixit Curt.Iun in l.penul. nu. 13.de pact.quod arbiter, qui neglexit cauſam terminare litem ſuam facit, eandemque ſententiam tenet Roman. ſingul. 700. quos omnes refert, & ſequitur Meuoch. de arbitr. Iudic. lib.2. caſu 341.numer. 5.

4 Ad materiam tamen dubitatur an calculator ſiue æſtimator à parte, vel à Iudice nominatus poſſit officium calculatoris renuere an vero inuitus ad acceptandum cōpelli poſſit, in qua difficultate breuiter diſtinguendum erit,an talis calculator ad id de publico ſit deputatus, an verò priuatim ſit nominatus per partes ad calculandum Primò enim caſu eo etiam inuito,& reluctanre omnibus Iuris remedijs ad acceptandum,& calculandum compelli poterit, quod ſi adhuc calculare , & æſtimare nolit Iudex poterit illum carcerare iuxta mentem Molin. ſuper Conſuet.Pariſ.d. tit.1.gloſ.3. num.8. vbi loquendo de æſtimatoribus dicit, quod licet æſtimatores non poſſint cogi præcisè ad æſtimandum, vbi non ſunt ad id de publico deputati

putati, Tamen ſi id de publico fuerint conſtituti c. eo quod publicæ perſonæ reputantur, omnibus qui illos nominauerint officium ſuum impartire debent. quod ſi id facere detractauerint Iuris remedijs adſtringi poterint Barr. in l. 1. §. cura carnis ff. de offic. præfect. vrb. & in l. 1. ff. naut. camp. & ſtab. Gatz. de expenſ. d. cap. 24. num. 26. Si verò priuatim fuerint deputati minimè ad calculandum compelli debent, niſi vbi iam æſtimandi miniſterium in ſe aſſumpſerint, eo enim caſu minimè illis renuere licet, vt notant Gloſ. Bart. & Alber. in [illegible] ff. de recept. arbitr.

5 [illegible] ari pariter inter æ[illegible] es aſſiduè contingit [illegible] culatores ab aliqua [illegible] recuſari poſſunt. [illegible] culrate ſunt etiã [illegible] onſiderandi, aut [illegible] alculatores fue[illegible] v[illegible] parte con[illegible] lecti, aut quili bet ſuum nominauit, aut aliquem ex illis ob partis contumaciam nominauit Index. Primo caſu recuſationi locus non erit ex vulgata regula quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt cap. quod ſemel de reg. iur. in 6. latè Tuſc. concluſ. 4. lit. Q. & quæ ab initio ſunt voluntatis ex poſt facto fiunt neceſſitatis l. ſicut C. de act. & oblig. l. in commodato §. ſicut ff. commod. l. ſi quis argentum §. cum enim C. de donat. Seraphin. deciſ. Rot. Rom. 427. num. 1. & fusè Tuſc. concluſ. 983. lit. C. & in eo, qui Iudicem eligit probat tex. in cap. ſi autem iunct. Gloſ. verſ. ſi quis tertio 2. q. 3. vbi cauetur illum qui Iudicem eligit minimè recuſare poſſe probatur etiam in cap. cum olim de cauſſ. poſſ. & propriet. Anchar. conſ. 158. num. 19. Marant. in prax. de ordin. Iud. p. 6. num. 76. facit tex in l. generaliter §. ſed iuramento C. de reb. cred. Hoc autem intelligas rebus in eodem ſtatu manentibus, ſecus verò ſi aliqua noua recuſandi cauſa ſuperueniſſet cap. inſinuante, & ibi Abb. num. fin. de offic. deleg. aſſerens eum, qui in Iudicem aliquem eligit ex noua, & iuſta cauſa ſuperueniente reddente Iudicem ſibi ſuſpectum poterit illum recuſare, vt puta ſi poſtquam fuit electus affinitatem, vel magnam amicitiam cum parte aduerſa contraxit, & plures alias recuſationis cauſas cumulat Marant. de ordin. Iudic. p. 6. à num. 27. vſque ad num. 77. & ratio eſt nam ea quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio, vt in l. arbitrio ff. qui ſatiſd. cog. & valide periculo

K ſum

ſum eſt ſub Iudice ſuſpecto litigare, vt in §. hæc omnia auth.de triente,& ſemiſſe.

Secundo vero cum tertio caſu, quando æſtimatores fuerunt ſeperatim à partibus vel à Iudice electi, tu meum, & ego tuum poſſumus recuſare, non ſolum ratione ſuſpitionis, ſed etiam imperitiæ, æſtimatio enim debet fieri à peritis, & expertis ad latè tradita per nos ſupra in l. inſtar de Iur.fiſc.& tenuit Gar. vbi ſupra,& facit quod inquit Auend.de exequ.manda.cap. 32.nu.10.

6 Aniuardendum eſt denique quod peritis in arte ſtandum eſt ad effectum cognoſcendi an paries ſit deſtinatus ſolum ad diuidendum, ſeu etiam ad ædificandum Grat. diſcept.forenſ.cap.572.num. 48. & ſeq. & quod periti debeant citare,& quod ſi eſſent diſcordantes, & plura alia habet per eundem cap. 228. & 235. à num.33. cum ſeq.&
7 in æſtimatione melioramentorum an præſens, vel tempus præteritus ſit conſiderandum Gam.decif.Luſitan.137. & qualiter æſtimanda ſit res in materia l. 2. C. de reſcind. vendit.idem Gam.deciſ.256. & quamplurima ſcripſi ſupra in d.l.inſtar de Iur.Fiſc.

SVMMARIVM.

1 *Decuriones appellãtur Sindici,& Electi Vniuerſitatum.*

2 *Decuriones ſunt eligendi ex dignioribus,& ditioribus.*

3 *Decuriones nequeunt recuſare ſeruitium.*

4 *Electio Sindici, & Electorum per quos fieri debet & an per Baronem nu.5 & an per exteros nu.9.*

6 *Electio libera eſſe debet.*

7 *Electio facta metu non tenet.*

8 *Electio adminiſtratorum Vniuerſitatis debet eſſe pura, & non conditionalis.*

DE DECVRIONIBVS. In Rubrica.

1 Decuriones, vt notant cõmuniter Dnctores in hac rubrica ſunt Electi, ſeu Sindici Vniuerſitatũ, & ideo nonnulla de Electis, & Sindicis notanda ſunt.

2 Vnde ꝓ huius materię intelligẽtia notãdũ ẽ primo Decuriones Ciuitatis eſſe eligẽdos ex dignioribus,& ditioribus, vt infra in l.ad ſubeunda eod tit. noſtro l. honor §. de honor ff.de mun.& honor Andr. in cap.

in cap.1. de pac. iuram.firm. Montan. ſuper pragm. de admin. Vniuerſ. num.325. Ann. allegat.130.num.10.& Capiblanc. iu prag. 10.num.70. de Baron.

3 Secundo nota Decuriones non debere recuſare ſeruitiũ alias puniri poſſunt l. ſi ad magiſtratum infra eodem vide latè Auendan.de exequ. maudat.lib.1.cap.19.num.17 & 24.quem refert de Pont.de poteſt. Proreg. tit.de abund. ciuit.§.1. nec excuſatio Electi admictitur, quia reperitur alius melior Monta. in prag. 4. num. 3. de adminiſtr. Vniuerſit. & ob id ceſſante legima cauſa erit cogendus Electus Iuris remedijs opportnnis Capiblanc.d.prag. 10. ſub nu.79.in fine.

4 Tertio notandum eſt nouam electionem Sindici, & Electorum non debere fieri per Sindicum, & Electos prædeceſſores ſolum, ſed per Vniuerſitatem congregato Concilio Montan. in pragm. 2.num.357.de admin.Vniuer. Aloyſ.de Leo in Auth. præſides C.de Epiſc.Aud.Auenda. de exequ. mandat. d.cap.19. num.23.Maſtrill. de magiſtr. par.2. lib.4. cap.17. num. 10. de Pont.loco ſuperius cit.nu. 5.D.Ricc.collect.deciſ. 1837. & ita fuiſſe deciſum in S. C. teſtatur Franc.deci.210.quia alias electio caderet in paucos, quod eſſet abſurdum, cum alternis annis vnus aliũ eligeret,& eſſet electio quaſi Iure ſucceſſionis contra diſpoſitionem communem de qua per Bart. Caſtr. & alios in d.l.nulli & l.quod maior ff. ad municip. latè Auil.in cap. prætorum 17.num.11.& ſeq.

5 Quarto notari debet electionem Sindici, & Electorũ non poſſe fieri per Baronem in poſſeſſione exiſtentem præuia nominatione Vniuerſitatis Franc.d. deciſ.210.nu. 1.quem refert Montan. in d. prag.2.num.358.ſequitur Capiblanc.in pragm.10. nu.44. de Baron.

6 Quinto non deſinas notare electionem debere fieri libere idest cum libertate conſenſus,& non coactè,vt appa ret ibi ex diſpoſitione prag. 2.de adminiſtr.Vniu.(ibi liberè) quæ dictio poteſtatem tribuit faciendi actum ſua ſponte, & abſque authoritate alterius iuxta text. in cap. 2. de locato cap. cum plures vbi gloſ.verb. liberè de offic. deleg. in 6. notant Cened. ſing.58. Gonzalez. ad reg. 8. Cancell.gloſ.45.num. 11.cum ſeq. Tuſc. concluſ. 306. num. 10.ac intelligitur abſque impedimento contradictione, onere, & grauamine nullo ob ſtaculo, ac nulla diminutio-

ne,vt in clem. fin. de ætat. & qualit. & in cap. 1. cum ibi not.de Reg.Iur.in 6.Surd.deciſ.265. num. 3. Garz. de benefic.par.1.cap.5.num.376.& alij nouiter relati per Barboſ.de dict.& clauſ. dict.164. num.3. vbi num.5. quod omnem obligationem excludit, vt in l.non dubito §. liber autem ff. de capt. & poſthom. reuerſ.cap.2. de arbitr. in 6. cap. licet de ſepult. Valaſc. deciſ.123.num.8. alias ceſſaret electio ſi libertas adimeretur eligendi cap. vbi periculum §.cæterum de elect. in 6.vbi gloſ.in verb. electio dicit electio libera eſſe debet cum conſenſu precedat facit etiam gloſ. in cap. quiſquis electione verb. libertatem extra de elect. ibi quia in electionibus liberum debet eſſe arbitrium, & in terminis tenuit Tuſc.concluſ.62.ex cap. cum terra de elect. Vnde ſi ta-
7 lis electio fuerit facta metu non valebit nam metus cauſa, quod geſtum & prætor ratum non habet l. 1.& per tot. ff.quod met.cap.2. & ibi Doctores extra eod.tit.latè Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 135.lib.2.fuſè Tuſc. concluſ. 222. & plura ad hoc propoſitum poſſent adduci à ſimili, ſed breuitatis cauſa omitto, beneuerum aduerti debet talem electionem coactè factã non eſſe ipſo iure nullam, ſed venire reſcindendam per actionem,exceptionem aut officium Iudicis per text. in cap. ſuper hoc cum ibi not. per Doctores extra de renun. ex traditis per Tuſc. conclu. 221.lit.E.Sanchez. de matri. lib. 4. diſput. 8. num.4.& 10. quia omnia metu regulariter ſunt valida,& tenent in ſoro exteriori licet poſtea per actionem quod metus cauſa veniant reſcindenda iuxta gloſ.in cap.Abbas de his quę vi.Menoch.de recup.poſſ. remed.1.num.105.Valer. nouiter alios allegans in differ. inter vtrumque forum differ. 3.verb. metus.

8 Sexto adhoc, vt electio officialium,& Vniuerſitatis adminiſtratorum ſit valida debet eſſe pura,& non conditionalis,electio enim fieri prohibetur per vota conditionalia, incerta, & alternatiua, ita vt huiuſmodi vota habentur pro non habitis, & recidant inpurè, conſentientes cap.2.cum ibi notat de elect. in 6. Franc. ſic deciſum referens deciſ. 438. Zappull. in pragm.5.in præfat. num. 44. fol. 17. & habetur per Thor. in compend.deciſ.verb.vota conditionalia, nouiſſime Nald.in eius ſumm.verb.eligere num.1.prout etiam reijciuntur nominationes ſub cõ ditione,

ditione, vt puta eligo ſi de Iure eligi poteſt Crauett. conſ. 823. num. 7. quem adhoc propoſitum allegauit mihi eminentiſſimus I. C. D. Ioannes Dominicus Nouarius meus genitor amatiſſimus, & obſeruandiſſimus cuius doctrina, & mores per illus regiones celebratur, tanquam primarius, quæ à me enarrantur tanquam cunctis aperta, & non tanquam genitus, quia forſan poſſem decipi ob animi perſuaſionem docendo me rationem, nam electio deliberato animo certoque Iudicio fieri debet ſicuti Iudex debet proferre ſententiam, & liquere ſibi de eo, quod pronunciat, vt tradit Franc. loc. prox. cit. num. 7. vbi Amend. in addit. num. 10. ſcribit quemlibet debere dicere, quod ſibi videtur ex cap. ſua vbi Doctores de his quæ fiunt à Prælat. ſpecul. de locat. §. ſequitur verſ. & ſciat.

9 Septimo adhoc, vt electio dicatur valida debet fieri per ciues, & non per exteros vt in pragm. 2. de admin. vniuerſ. vbi latè addentes vnde is, qui non eſt de corpore Vniuerſitatis ſi velit interuenire in talibus electionibus, & conſilijs poterit licitè expelli Bart. in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itin. act. priu. & ſi Vniuerſitas patitur talem eſſe in conſilio non conſtituit illum in poſſeſſione illius Iuris niſi ex frequentia actuum vt ex doctrina Bart. firmat Zappull. in prag. 5. num. 84. §. 1. de admin. Vniuerſ.

Nonnulla alia notanda eſſent pro ornatu huius rubricæ, ſed quia adſunt textus ſinguli tractantes eorum materiam ne videar eam explanare ideo ibi me remitto, & ad ſaturitatem vide Tuſc. concluſ. 127. liter. D. concluſ. 386. lit. I. & concluſ. 260. lit. V.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas nequit ſe congregare abſque præſentia Iudicis loci limitatur, vt num.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. *&* 10.

2 *Pragm.* 9. *de admin. Vniuerſ. explicatur.*

11 *Iudex ciuilis, vel criminalis debet interuenire in parlamento.*

DE DECVRIONIBVS.

L. obſeruare.

1 IN electione Officialium debet interuenire authoritas

ritas,& præſentia Iudicis loci abſque quo Vniuerſitas nequit ſe congregare,hoc dicit vide textum in l.fin.C.de leg. gloſ.in nulli ff.quod cuiuſque Vniuerſ.nom.Crauett. conſ. 41. Boer. deciſ. 60. num.12. Borrell. de compromiſſ. §. 1. gloſſ.3.num.291.Cancer.var. reſol.lib.3.cap.13. num.163. Auendan.de exeque.mandat. lib. 2. cap.15. Seſſe de inhib. iuſt.arag.cap.29.§.1.num.23 & ſeq.Trentacinq. variar.reſolut.lib.1. reſolut.1. num.1. tit. quod cuiuſque vniuerſ. nom.Franc.deciſ.446.Franc. Marc.deciſ.800.num. fin. deciſ.779.num.1.799. num. fin. 780.num.10.640.num.4. vol. 1.Montanar.in pragm.2. nu. 265.de adminiſtr. Vniuerſ. & ratio eſt clara, quia alias nō appellaretur parlamentum, ſed conuenticula,& conſpiratio,quæ fieri prohibentur argum. cap.ſi nodum cap.regula cap.nec licuit, & cap.multis diſtin.17. Caſſan. in Conſuetud. Burgun. des foreſtes rub.13.§.6.Borrell. de magiſtr.ædict.lib.3.cap.8.

2 Vnde fuit orta pragm. 9. de admin.Vniuerſ.vt nec Vniuerſitates, & plateæ poſſunt ſe congregare abſque licentia Proregis pro faciendo aliquo donatiuo de qua nouiter habetur per Caput. in tract. de regim. reipub. cap.13. ſub num.18.aſſerens num.17. Interuentum Officialis Iuriſdictionis non poſſe interuenire niſi in actu, & tempore actus ex l.obligari §. tutor ff.de author.tut. Innoc. in cap. conſuetud.& Soccin.in l.1. num. 24. & 25. & habetur latè per Nouarium Fratrem in d. pragm. 9.

3 Declaratur præfata concluſio quando Vniuerſitates aliquid concludere velint in ſe defendendo ab iniuſtitijs officialis, nam hoc caſu non eſt neceſſaria officialis præſentia, & licita eſt illis congregatio, vt ſeipſos coram magiſtratibus ſuperioribus defendant à vi,& grauaminibus illorum ſe mediante iuſtitia tueantur, vt liceat cuique etiam preparare armatos ad ſua iura defendenda ita Iſern.Prepoſ.& Afflict. cum alijs iu cap.1.§. conuenticula de pact.iuram. firm. & videtur de mente Marſil. ſingul.456. Ruin. conſ. 1. vol.1. Sola ſuper decret. Sabaud. gloſ.12.ſub num.3.tit.de Caſtellan.Cranett. conſ.4. quos referendo ſequitur Borrell. de magiſtr.edict.cap.8. num. 21.lib. 5. & vide nouiſſimum compendium deciſ.verb. Vniuerſitas, vbi quod Vniuerſitas pro electione Sindici, vel Electorum poterit congregare præſente officiali Iuſtitiæ,

ſed

ſed ſi voluerit congregare Parlamenta contra Baronem vel Officialem in his caſibus quamuis petita,& non obteuta licentia officialis ſit, accedente tamen ſuperiorum authoritate congregatur ex practica relata per Franc. d. deciſ.446.de Pont. de Poteſt. Proreg.tit.2. de aband. ciuit. §.7.num.16.Laurent.in tract. de Iudic.ſuſp.cap.5. num.18. Maſtrill.de magiſtr. cap. 16. lib.4.num.203.Cancer.var.reſolut. cap. 13. num.170.verſ. quid autem Vniuerſitas lib.3 habetur per Capiblanc. in tract. de Baron. pragm. 10. num. 57.

4 Declaratur ſecundo, quando Vniuerſitas congregaret ſe pro neceſſitatibus priuatis idem Capiblanc.num. 58. aſſerens pluries fuiſſe deciſum per Sacrum Concilium de qua deciſione fit mentio in Compend. deciſ. Neapol. verb. Vniuerſitates , & in tract. de regim. Reipub. d. cap.3. nu.20.

5 Declaratur tertio,quando adeſſet conſuetudo, vt Vniuerſitas ſolita ſit congregare abſque interuentu Officialis Caput.vbi ſupra ſub num. 18. vbi dicitur poſſe per conſuetudinem,& priuilegium induci, quod Vniuerſitas poſſit ſe congregare abſque interuentu ſuperioris eligendo Sindicum ex Guid.Pap.deciſ. 106.Fabr. inſtit. de rer. diuiſ. §. Vniuerſitatis Montan. d. pragm. 2. de adminiſtr. Vniuerſit.

6 Declaratur quarto , vbi vaſſalli litigarent cum Barone , nam tunc petita licentiã & non obtenta ſe congregare poſſunt, dummodo loquantur de cauſis contra Baronẽ tantũ, vt fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio teſtatur Anna ſing.367.Carrab.de ſindic.p. 1.num.166.Amend.ad Franc. deciſ.204. num.11. quos omnes refert Compend. deciſ. verb.Officialis,& ratio videtur eſſe quia vbi tractatur de intereſſe ſuperioris non requiritur præſentia Officialis Sola in conſtit.Sabaud. fol.2. num.4. licet ad maiorem ſecuritatem Vniuerſitates ſoleant impetrare ſaluas guardias à Collaterali Conſilio , & licentias ſiuè facultates , vt valeant eius homines ſe congregare ad tractandum negotium aduerſus Baronem quod non interueniant officialis Amend.ad Franc.deci. 210. num. 25. Montanar. in cit. prag.

7 Declaratur quinto, vt non prohibeatur Vniuerſitati ſe congregare abſque licentia officialis pro capiendis malefactoribus Viſil. ad Afflict. deciſ.265.& Non.fra.loc.cit.

8De-

8 Declaratur ſexto, quando congregatio non ſit ad malum finem, ſed ad bonum, & de re licita, quia videtur ceſſare ratio ne detur occaſio malignandi, & plura mala concipiendi Anchar. cap. 2. col. 2. & 3. de verb. ſign. in 6. Crauett. conſ. 4. num. 11. 14. & 16. Alciat. conſ. 360. num. 3 conſ. 364. num. 6. Menoch. conſ. 28. num. 12. quos refert, & ſequitur Bertazz. conſ. crimin. 165. par. 1. vbi pari modo limitat quando officialis eſt ſuſpectus cum de commun. concilio, vel congregatione ſit tractandum per cōſ. Alciat. 360. num. 2. & 364. num. 6. Idemque procederet quando agitur de recurrendo ad ſuperiorem ad quem poteſt etiam recurri abſque aliqua deliberatione legitimè facta in congregatione ipſemet Alciat. d. conſ. 360. num. 4. & 7. & conſ. 364. num. 6. argu. textus notab. in §. ſit. tibi quoque tertium ſtudium Auth. de mandat. Princip vbi recurrens ad Principem non punitur Minad. In conſtit. in aliquibus verſ. Comitum, vel Baronem num. 55. & Apont. de poteſt. Proreg. tit. de abundantia Ciuit. §. 7. nu. 3.

9 Declaratur ſeptimo, vt ſi congregatio fieret abſque officialis licentia faciendo concilium, & Parlamentum eligendo Sindicum, & Electos, non per hoc homines Vniuerſitatis in aliquam pœnam inciderent, ſed ſolum electio actus ſiue concluſio erit nulla, ita Bart. & Bald. in d. l. nulli ff. quod cuiuſque Vniuerſ. & licet nonnulli dicant prædictos teneri ad pœnam banni ſi extet, quod Ciues non faciant Concilium ſine ipſius Iudicis bandientis licentia, Tamen ſi Concilium fuit factum ad bonum finem, & ex cauſa neceſſaria nequaquam ad præfati pœnam banni tenentur, vt ſcribit Crauett. loc. cit. num. 15. 16. & 17. aſſerens etiam nequaquam teneri ad pœnam banni ſe congregantes abſq; dicta licentia ſi dicta Vniuerſitas à tali banno fecerit acclamationem, & aggrauationem ſequitur Niger in cap. regni granamina à num. 100. cum ſeqq.

10 Declaratur octauo, non procedere prædictam concluſionem quando officialis eſt abſens, nam poterit Vniuerſitas congregari de mandato antiquioris Vniuerſitatis qui videtur ipſo iure prępoſitus Ang. in d. l. nulli Arnon. caut. 36. Franc. Marc. deciſ. 805. vol. 1. & vide latè adducta per addit. ad Conſuetud. Neapol. in proam. ſub num. 305.

11 Sed

11 Sed iuxta diſpoſitionem textus noſtri opportunum eſt quærere ſi Terræ, vel Ciuitatis Iuriſdictio diuiſa eſt, quia vnus habet ciuilem Iuriſdictionem, & alter criminalem, quis illorum congregandi licentiam dabit, Controuerſum eſt in Iure, vt per Capic.deciſ.27.à num.22.verum nouiter per Caput. in tract.de regim.Reipu.d. cap. 3. num. 21. habetur Officialem ciuilem licentiam dare debere nam dicitur dominus territorij, & non Officialis criminalis ex Ann. ſing.368. & Carrab.ſing.146. & ſic in terminis ſcribit etiam Cancer.var.reſolut.lib.2.cap.13. num.163.& Montan. d. prag. num.281.Sed Borrell. de magiſtr.edict.lib.3.d. cap.8. nu. 22. firmat vtriuſque licentiã requiri abſque interuenire debere, nam ſi in congregatione illa malum aliquod tractabitur, criminalis Iudex id recognoſcere debet, cò magis quia in talibus congregationibus ſemper ſolent eueni re rumores inter ciues, imò homicidia fieri in talibus electionibus quandoque audiui: Si igitur ambo inter veniant Iudex ſiuè officialis criminalis ſedebit à dextris,& ciuilis à ſiniſtris Amend. ad Franc. deciſ.446. nu.3. qui in addit. ad deciſ. 210. num.78. teſtatur deciſum Baronem nullatenus poſſe interuenire in electione noui regiminis, & prohiberi etiam tales dominos ſe intromittere ſuper electione Sindici, & aliorum Officialium Vniuerſitatis cũ pertineat ád Vniuerſitates l. nominationes C. de appell. notant Azeued.ad Cur.Piſan. lib.1.cap.13.num.2.Auil. in cap. 17. prætor. Petr. de poteſt.Princip.cap.15. num.46. Capiblanc.de Baron. pragm. 10.num.43.Bouadil. in polit. lib.3.cap.8.num.41. & 42. & tradit Cancer. variar. reſolu. cap.13.num.161.lib.3.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio textus.*

2 *Cæcus pro alio poſtulare non poteſt.*

3 *Cæci conſtituti pro Officialibus retinent dignitatem non autem adminiſtrationem.*

4 *Cæci prohibentur aſſumi ad magiſtratum.*

5 *Surdi, & muti prohibentur promoueri ad officia, quod declara, vt nu.6.*

7 *Infirmi furioſi, & habentes dilucida inter valla admittuntur ad magiſtratum.*

L De

DE DECVRIONIBVS.

L. infamia.

1 TExtus cum gloſ. hic concludit, quod caſus amiſſionis oculorum non adimit honorem tibi quæſitum, & ita pariter (in l. 1. §. quamuis ff. de paſtul. quamuis autem
2 (ait ibi textus) quod cæcus pro alio poſtulare non poſſit tamen ſenatorium ordinem retinet, & iudicandi officio fungitur nunquid ergo, & magiſtratus gerere poſſit, ſed de hoc deliberabimus extat quidem exemplum eius, quod geſſit hoc eſt magiſtratum nouum acceptando Appius denique Claudius cæcus in Conſilijs publicis intereat, & in Senatu ſeueriſſimum dixit ſententiam de Pyrri captiuis non recipiendis, ſed melius eſt, vt retinere quidem dicamus iam acceptum magiſtratum poſſe aſpirare autem ad nouum penitus prohiberi idque multis comprobatur exemplis hæc ſunt verba textus ex quibus concluſio noſtra ſatis extat probata veri-
3 tas tamen eſt, vt in hoc caſu dignitatem retineant, non autem adminiſtrationem, quid enim determinare poterit cæcus in his, quæ oculorum inſpectione determinanda ſunt gloſ. in l. cæcus, & tot. tit. extra de Cleric. ægro. arg. l. 1. in for. arg. C. de ſent. ex breu. recitand. & maximum quidem eſſet inconueniens.

4 Tu tamen pro regula habeas conſtitutum, quod cæci prohibentur aſſumi ad magiſtratum, vt dixerunt gloſ. Bart. & cæteri l. cæcus ff. de Iudic. vt etiam Surdi, & muti ad textum in l. 1. §. mutus ff. de tutel. vbi Bart. num. 2. §. item ſurdus inſtit. quibus nō eſt permiſſ. facere teſtam. l. 1. §. propter caſuum ff. de poſtul. vbi rationem ponunt, & de ſurdo loquitur Fontanell. de pact. claul. 4. gloſ. 10. p. 1. num. 57. quod ita intelligit ſi
6 omnino ſurdus eſt ſecus ſi ſurdaſter tantum, vt quia audiat, ſed tardæ l. fin. ff. de legit. tut. & ita fuiſſe iudica-
7 tum dicit Paz. in l. 2. Thaur. nu. 84. ſic pariter infirmi Tapia in cap. Regis Caroli 35. num. 5. fol. 116. & ampliat in quacunque infirmitate, quæ impediat exercitium liberi officij ſecus autem de leui infirmitate ſecundum Franc. & Imol. in cap. 2. de renunciat. lib. 6. Gomes in reg. Cancell. tit. de infirmit. reſigna. quæſt. 28. Azeued. in l. 6. & 9. lib. 3. recogi l. 1. tit. 5. & à ſimili furioſi ad tex. in l. ſed & ſi ſeruum ff. de recept. arbitr. nullum

ſum enim negotium legitimè gerere poſſunt l. in negotijs ff. de reg. iur. Tholoſ. relato loco nu. 12. & ſeqq. vbi idem ait eſſe in eo, quod haberet dilucida interualla addēs tu tum non eſſe huiuſmodi hominibus committere Magiſtratus ſi tamen ſuperueniat furor retinebit dignitatem, non admiuiſtrationem, vt ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio textus.*

2 *Ciues originarÿ præferuntur incolis inofficÿs declara vt nu. 3.*

4 *Habens filios præfertur nō habenti inofficÿs.*

5 *Habens filios præſumitur magis diligere Ciuitatem, & remanſarus in Ciuitate.*

6 *Habens filios pracedit non habenti in ſedendo, & ſcribendo.*

7 *Pœna ſi eſſēt danda habenti plures filios pro aliquo delicto debet mitigari.*

8 *Dignior præfertur inter habentes filios in offieijs.*

9 *Dignior dicitur, qui eſt magis actus ad officium cui præficitur.*

10 *Indignus quis dicitur.*

11 *Dignior dicitur, qui eſt nobilior alio.*

12 *Dignitas ponderatur in dandis dignitatibus ſecularibus.*

13 *Qui cenſeantur magis idonei inter nobiles, diuites, & litteratum remiſſiuè.*

14 *Aurum, & argentum ſunt nerui Ciuitatis.*

DE DECVRIONIBVS.

L. In albo decurionum.

1 DVm in hoc textu concluditur inofficijs habentem filios præferri non habētibus, vt per Rauen. in ſingul. 819. ideo firma regulam, quod in Ciuitate ſi adſint Ciues originarij, & incolæ, ori-
2 ginarij incolis præferuntur Miſynger. obſeru. 30. centur. 4. etiam ſi incolæ eſſent magis idonei Alciat. de præſum pt. præſumpt. 37. num. 1. reg. 1
3 quod intelligas procedere in his, quæ ſpectant ad Curā Ciuitatis non autem in his, quæ pertinent ad Iuriſdictionem, nam tunc præferendi ſunt exteri idem d. reg. 1. præſumpt.

37. quia nemo acceptus in
patria ſua, vide infra in l. nul
lus apparitor C. de diuerſ. of-
fic. lib. 12. Et inter origina-
4 rios debet præferri is, qui
habet filias, vt ex multorum
authoritatibus dicit Meno-
ch. de præſumpt. 12. lib. 5. nu.
6. vbi quod filios habens præ
ſumitur magis diligere Ciui-
5 tatem, & præſumitur reman-
ſurus in Ciuitate, & patria.
Ex Alciat. præſumpt. 36. d.
reg. 3. qui num. 1. ponit aliam
rationem, quia Reipublicæ
intereſt plures homines na-
ſci per l. 1. ff. ſolut. matrim. &
Ciuitatem hominum copia
repleri magis quam diuitia-
rum l. fin. §. penul. ff. de bon.
damn. & l. 2. in fin. C. de indic.
viuit toll. & ita tenuit Caſſa.
in Cathalog. Glor. Mund. par.
11. conſider. 12. & 22. in tan-
tum quod eos præcedit in or
6 dine ſedendi, & ſcribendi pro
batur in l. ſpurij §. fin. ff. de
decur. hinc ſi plures filios ha
benti eſſet danda pœna pro
aliquo delicto mitigari de-
7 bet adhoc, vt pro educatione
filiorum laborare valeat, vt
notabiliter inquit Marſil. ſin-
gul. 602. Carrer. in prax. crim
8 §. 7. num. 105. & inter haben-
tes præferendus eſt dignior
l. ad ſubeunda C. hoc eod. tit.
& lib.
9 Dicitur autem dignior,
qui eſt magis vtilis, & aptus
ad officium cui præficitur Co
uarr. reg. peccatum par. 2. §.
num. 4. cap. in cap. per ve-
ſtras not. 3. §. 25. num. 12. de
donat. inter vir. & vxor. quæ
dignitas conſiſtit in litera-
rum ſcientia, & morum hone
ſtate Selua de benef. par. 3.
quæſt. 5. num. 1. referens idem
procedere in beneficijs, vt
per Sac. Conſ. Trident. ſeſſ. 7.
cap. 1. & cap. 2. & 4. ſeſſ. 22. &
è contra indignus dicitur,
10 qui non habet qualitates re-
quiſitas ad miniſterium cui
præficitur Rebuff. de pacific.
poſſeſſ. num. 73. & ſic fuit iu-
dicatum per Rotam in vna
Beneuentan. Parochialis 13.
Iunij 1590. coram Orano.
11 Dicitur etiam dignior, qui
eſt nobilior alio Bart. in l. 1.
num. 46. §. præterea C. de di-
gnit. lib. 12. dum dicit nobiles
in dignitate poſitos eſſe, hinc
nobiles ad officia ignobili-
bus præferuntur, vt in §. 1.
Auth. vt omn. obed. Iudic. l.
honores ff. de decur. & §. 1.
vbi plebei honoribus decu-
rionum fungi prohibentur, &
in cap. grandi de ſupplend.
neglig. Prælat. in 6. per quem
textum notant omnes, quod
dandis dignitatibus ſeculari-
bus ponderatur dignitate,
id eſt nobilitas, & quod of-
12 ficia publica potius ſunt
danda nobilibus, quam po-
pularibus poſt alios voluit
Maſtrill.

Digitized by Google

Maſtrill. de magiſtrat. lib. 2. cap.8.

13 Sed inter nobiles diuites, & literatos, qui cenſeantur magis idonei pulchrè explicat Crauett.conſ.487. lib. 3. licet regulariter ſemper debent deputari ad regimen Vniuerſitatis diuites habentes prædia ruſtica per text. in l. fin. C. de debitor. ciuil. lib. 11. quoniam melius eſt rem publicam per diuites re-
14 gi, aurum enim, & argentum ſunt nerui Ciuitatis Platea in l. ne quis C. de dignit. lib. 12. tamen mea opinio eſt, vt remictatur arbitrio Iudicis ad iudicandum enim quis ſit idoneus plurimum valet arbitrium ſuperioris Bald. in cap. ſi pro debilitate in fin. de offic.deleg. DD. in cap. ſedes de reſcript. & Menocch. de arbitr. Iudic. centur. 1. caſu 67. num. 13.

Ad Materiam Frater Nouarius in Collect. deciſ. ad pragmat. 4. de Actuarijs, & eorum ſalario in nouiſſ.

SVMMARIVM.

1 *Nominatus ad officium illudque recuſans poterit cogi per ſuperiores ad illud gerendum etiã per carcerationem num. 2. & poſſunt extrabi à domo num. 3.*

4 *Sindici, & Electi deputati ad regimen Vniuerſitatis adminiſtrationem gerere incipientes nequeunt ab ea deinde deſiſtere.*

5 *Electi pro regimine Vniuerſitatis nequeunt redimere officium eis delatum pecunia.*

6 *Renunciatio officium ſiue muneris ſibi delata ratione nobilitatis an admictatur.*

7 *Nominatus, ac electus ſtatim debet appellare alia non poterit recuſare officium.*

DE DECVRIONIBVS.

L. ſi ad magiſtratum.

Concordat textus iſte cum l. munerum §. defenſores ff. de mun. honor l. inuitus C. de procur. & l. imperatores in fine ff. de appell. ex quibus omnibus colligi-
1 tur, vt ſi ad officium nominati recuſauerint ſuſcipere adminiſtrationem delatam poſſint cogi per ſuperiores ad illud gerendum ſicque tradunt Crauett. conſ. 132. Roman.

man.ſing.188.de Pont.de poteſt.Proreg.tit.de abund. Ciuit.§.1.num.1.Ann.alleg.13 num.10.Capiblanc.de Baron. pragmat.10.num.79.& nouiſſimè Zappull.in pragm. 5. de admin.Vniuerſ.§.1.num. 68. qui allegat Specul.tit.de Sindico §. 1. Capyc. deciſ. 118. num. 11.& propriè in collectore pecuniæ dicit loqui textum in l.munerum §. qui annonam ff.de mun.& honor.& ſic quotidie videmus in praxi obſeruari de qua materia latè Maſtrill.de magiſtr.lib.1 cap.30.aſſerens nu.60. etiam
2 per carcerationem , & bannum compelli poſſe l.ex omnibus infra eod.ex gloſ.Bald, & Salic.in l.præſes C.de ſuſp. tut.Alexan.Rom.cum alijs in l.dotem ff.ſolut.matrim.& in l.vt iudicare munerum §. iudicandi d. tit. de mun. & honor. Dec. in l. inuitus nemo vbi etiam Cagn. & in l. inuito beneficium ff. de reg. iur. Caſſau.in Catal.Glor.Mund. par. 11. conſ.42. Marſil.ſing. Afflict.in Conſtit. Regni Magiſtri Camerarij notab.15.&
3 quod tales recuſantes poſſunt extrahi à domo firmat Maſtrill.loc.proxi. cit. num. 67. ex l. plerique ff.de iniuſt. vir. l. cum qui ff.de Iuriſdict. omn.Iudic.Alex. in addit.ad Bart.in d.l.vt iudicare munerum §.iudicandi Auil.in cap. prætor.17. verſ. eligam num. 5.& cap.54. num.5. Tap. de conſtit. princ. par. 1. cap. 4. num.32. latè Bouadill. lib. 1. polit.cap.15. nu.38.

Quare non eſt mirandum, quia generaliter officium, vel munus, quod eſt vtilitate vel authoritate publicum dicitur neceſſarium, & non debet, nec poteſt recuſari ad text.in d.l.vt iudicare §.iudicandum ff. de mun. & honor. Auendan. de exequ. mandat. c.19.num.16.lib.1.& quilibet Ciuis ſuæ Ciuitatis munera ſubire debet, nam nemo naſcitur ſibi ſoli, ſed etiam patriæ ſuæ commodis, & vſui ad text.in l.vnica ff.de ventr. in poſſeſſ.miſſ.& l. poſtliminium §.filius ff.de cap.& poſt hom. reuerſ. Auil. in cap. 1. prætorum verſ.Tierra nu. 14.

4 Ampliatur concluſio iſta à maioritate rationis, quod ſi Sindicus,& alij deputati in regimine Vniuerſitatis inceperint ipſius adminiſtrationem gerere nequeat deinde vllo pacto ab illa deſiſtere,& eorum officio renunciare, cũ officiales,& adminiſtratores non debeant deſerere adminiſtrationem,& gubernationem Vniuerſitatis , & reipublicæ ex diſpoſitione text. in l.legatus ff.de offic.prætor.l. fin. C. de defenſor. Ciuit. ibi nulli defenſorium licere decerni-

cernimus ſi de publica ſollicitudine ſe liberare voluerint niſi diuinos affatus continuerit tuæ ſublimitatis Iudicis, vbi hoc affirmarunt ſcribentes Bald. in l. falſus ſub num.29. C. de furt. Cancer.var.reſolut.lib.3.cap.14. num. 20. de Ponte deciſ. 28. cum alijs nouiter relatis per Maſtrill.de magiſt.lib.1. cap. 24. num.24. quo loco tractat materiam renunciationis officiorum,& in quorum manibus debeat fieri, & quando ſit licitum illa renunciare, & ratio videtur eſſe à maiori, nam ſi tales adminiſtratores nequeant adminiſtrationem ſibi delatam recuſare; quantò magis ſi illam inceperint exercere, quia fatendum eſt ab ea deſiſtere non poſſe ex Auth. multo magis C. de ſacroſ. Eccleſ. cum alijs ſimilibus concordantibus.

5 Ampliatur ſecundo, vt electi pro adminiſtratione rerum Vniuerſitatis, nec poſſint recuſare munus ſibi delatum redimendo illud pecunia l. illud C. de excuſ. mun. lib. 10. vbi nos.

6 Ampliatur tertio, vt ſiquis recuſet exercere officium popularium prætendendo ſe eſſe nobilem adhuc poterit cōpelli cum clauſula citra præiudicium prætenſæ nobilitatis, vt plures fuiſſe practicatum in electione maximè Magiſtrotum Sanctiſſimæ Annunciationis teſtatur de Ponte de poteſt. Proreg.d. tit. de abundant. Ciuit. §. 1. num.4. & fuiſſe obſeruatum in perſonas nonnullorum habetur in compendio deciſ. Neap. verb. Nobilis.

7 Limitatur modo præfata diſpoſitio quando electi appellaſſent, nam interim pendente appellatione non poterit dari adminiſtratio officij, & hoc eſt remedium particulare, vt nominatus ad officiū ſtatim debeat appellari l.qui ad ciuilia C. de appell. Abb. conſ. 47. num. 4. Viu. deciſ. 144.& vide infra latè in l.vnica C. ſi propter inimicitias lib. 10.

SVMMARIVM.

2 *Priuilegiatus ab Vniuerſitate, vt non ſoluat collectas adhuc tenetur ſoluere.*

DE DECVRIONIBVS.

L. vacuatis.

Reſcripta concedentia immunitatem ſunt caſſa, nec valent etiam ſi conſenſu Decurionum, vel Curiæ fuerint

fuerint conceſſa,hoc dicit, & ſic priuilegiatus ab Vniuerſi
1 tate,vt non ſoluat collectas. adhuc teretur ſoluere l. immunitates C. de agricol. & cenſ. l. 11. lib.1.C.de his,qui à Princ.vac. accep. lib.10. & l.1.C. de immunit. nem. conced.concedere enim hanc immunitatem Vniuerſitates nequeunt Capyc.in inueſt.feud. fol. 124. verb. priuilegiatus vbi aliquas adducit limitationes Cacher.deciſ.95.Nat. conſ. 304. 406. & 486. & Raland.conſ.5. vol.5.

SVMMARIVM.

1 *Decuriones quando habeant immunitatem, & ſint exempti à muneribus.*

DE DECVRIONIBVS.

L. Curiales.

1 DEcuriones habent immunitatem ab extraordinarijs muneribus, hoc dicit, vide Ann. ſingul. 482. & Guid.Pap. deciſ.482. contrarium tenet Boer. deciſ. 246. Auendan. de exequ. mandat. cap.14.num.27.par.1.& Oſaſc.deciſ.95. ſed tu diſtingue quod vel loquimur de muneribus perſonalibus, vel laborem requirentibus, & hoc caſu ſunt immunes, aut loquimur de patrimonialibus & mixtis, & tunc non ſunt exẽpti Rebuff.in l.2. C. de exact. tribut.lib.11. & ſic obſeruari teſtatur.Capiblanc.ſing.38.

SVMMARIVM.

1 *Decurio nouiter decreatus non tenetur pro debitis prædeceſſorum.*

3 *Pœna non debet excedere perſonam delinquentis.*

3 *Maritus non tenetur pro vxore,nec è contra.*

4 *Alteri per alterum iniqua conditio dari non debet.*

5 *Vniuerſitas non tenetur ex facto ciuium.*

DE DECVRIONIBVS.

L. prouidendum.

1 NOuiter creatus decurio non tenetur pro debitis prædeceſſorum,hoc dicit, ita Bald.conſ.43.lib.3. Capiblanc. in inueſtit. feud. verſ. collectæ, & Mantic. de contract.lib.3.num.62.tit.10. vnde nullus alterius delictum purgare debet,& pœna non
2 debet excedere perſonam delin-

delinquentis, ſed anima quæ peccauerit ipſa punietur tot.tit. ne ex delict. defunct. nemo [enim de facto alterius tenetur cap. 1. de iniur. & ſententia lata contra vnum alteri nocere non debet l.ſæpè ff.de re iudic.Felyn.incap. quamuis extra de re iudic. Dec. conſ.445.& Couar.lib. practic qq.cap. 13. num.7.&
3 maritus non tenetur pro vxore, & è contra l.1.C.ne vxor pro marito, nec filius pro patre, nec pater pro filio l. 1. & l. nec contra C.ne filius pro patre, nec etiam ſeruus pro domino l. fi. ſeruus ff. ad l. Aquil. nec ciuis pro ciuitate Bald.in l. ciuibus ff. de reb.dub. nec ciuitas ex facto ciuium l.ſicut ff. quod cuiuſque vniuerſ. neque procurator ex facto principalis l.flauius ff. de procur. nec tutor pro pupillo l.1.C. an fiſc. vel priuat. neque colonus ex facto domini l.ob cauſam C.de act.& oblig. nec emptor ex facto venditoris, & è contra l.ſicut ff.de act.empt. l. debitorum pactionibus C.de pact nec conductor ex facto locatoris l.ſi vno ff. locat. nam culpa,& pœna ſuos debet ſequi authores l. ſancimus C. de pœn.l.reſcriptum ff.de his quib.vt indig.Iaſ.in l.ſi prius ff.de nou.oper.indicat.nu.32. Cephal.conſ.139.lib. 5. is e-
4 nim affligi debet qui deliquit & alteri per alterum iniqua conditio dari non debet l.nō debet ff.de reg.iur. cap.ſi cōpromiſſarius §.porro de electio.in 6. cap. non debet de reg. iur. latè Tuſc. concluſ. 313.num.2.lit. A. & iniuria lata vni nunquam alteri nocere debet l. exceptiones ff. de fideiuſſ. & noxa ſemper debet caput ſequi l. crimen C.de pæn. l. rem mihi ff. comodati §.omnis inſtit. de noxal.& cap.1.de iniur.& dam. dat. ex quibus Iuribus merito fuit ſtatutum in regno uo-
5 ſtro Vniuerſitatem non teneri ex facto ciuium,ſed debere particulariter puniri, vt habetur in prag.4.ſub rubr. de commiſſ.& exeq.

SVMMARIVM.

1 *Numerus 12. liberorum excuſat patrem à muneribus realibus quamuis deinde fuerint mortui. num. 2. Limitatur vt num.14.15.16.17. 18. 19.*

3 *Qui filij compntantur in hoc numero.*

4 *Immunitas propter numerum 12. liberorum prodeſt etiam matri.*

M 5 *Im-*

5 *Immunitas durat etiam mortuo patre, dummodo filij viuant in communione.*

6 *Immunitas præfata an communicetur cum fratribus, cum patre habitantibus.*

7 *Filij naturales non proſunt patri contrarium num. 10. ſed prima opinio limitatur vt nu. 11. 12. & 13.*

8 *Baſtardi non ſunt de familia parentum, nulla gaudent nobilitate.*

9 *Baſtardi non vtuntur inſignijs familiæ.*

10 *Pater immunis ob numerum 12. filiorum ſoluens onera realia an ſibi præiudicet.*

DE DECVRIONIBVS.

L. ſi quis Decurio la 2.

1 NVmerus duodecim liberorum excuſat, quem à muneribus realibus hoc dicit de qua materia videndus ſunt Viuius lib. comm. opin. concluſ. 603. Theſaur. deciſ. 267. & poſt alios decus Italiæ D. Ricc. Collect. deciſ. 42. & Nouarius Frater quæſt. forenſ. 17. & 75.

2 Quæ diſpoſitio ampliatur, & limitatur pluribus modis, Ampliatur primo, vt huiuſmodi immunitas non amitti tur, ſed durat licet poſtea aliqui ex duodecim filijs morirentur, nam ſufficit, vt vna hora fuerint ſemel viui Ann. ſing. 241. vbi ita refert fuiſſe deciſum Roland. à Vall. conſ. 52. par. 2. Tap. de conſtit. Princ. in l. fin. num. 34. fol. 220 Menoch. conſ. 487. Theſaur. d. deciſ. 287. nu. 8. & ſic quando peruenitur ad iſtum numerum duodecim liberorum non opus erit ſemper viuere, & ſat eſt præfatum numerum eſſe perfectum, licet ex interuallo temporis efficiatur imperfectus facit, quod à ſimili dicitur de conditione, quæ ſufficit, quod ſemel ſit impleta licet non duret impleta Brunor. à ſole in loc. commu. verb. conditio num. 4. Princip. Iuris verb. conditio Seraphin. deciſ. 589. nu. 1. p. 1.

3 Ampliatur ſecundo, vt in hoc numero computentur filij maſculi, feminæ etiam nuptæ, vel religionem ingreſſæ, ſiue ſint legitime, & naturales, ſiue naturales tantum, & nepotes Theſaur. d. deciſ. nu. 5. Borrell. conſ. 28. num. 56. Franc. deciſ. 532. Marant. cōſ. 81. num. 21. qui loquitur ſolum de monacis prout etiam ait de

Digitized by Google

ſit de Pont.conſ.16. & de fœminis adde rationem, quia licet non admiĉtantur ad partem faciunt tamen partem, & ſic numerum Franc. deciſ. 549.Maran.in ſuis ſing.verb. ſtante ſtatuto fol. 232. Capriol.de ſucceſſ.ab inteſt.lib. 1.fol.164.à num. 418. vſque ad num.429.Mart. deciſ. 69. de filijs naturalibus ſi proſint vide infra in prima limit.

4 Ampliatur tertio,vt huiuſmodi immunitas non ſolum proſit patri,ſed atiam matri ſecundum deciſ.Franc.deciſ. 359. num. 1. D. Ricc.collect. deciſ.1707. faciunt dicta per Surd. in annot. ad opus fratris de Neap. Illuſtr. cap.22. priuil. 42. fol.411. verſ. fiunt immunes, & iuxta hoc fuiſſe deciſum in S. C. habetur in tract.de patr.poteſt.p.4. cap. 4.num.21.vera quidem ratione nam cum mater in procreatione filiorum interuenerit tanquam inſtrumẽtum requiſitum,cur patri ſolum, matre excluſa eſſet concedenda præfata immunitas, non omictendo illa vulgata quod in omnibus ſunt adæquati pater, & mater, ita vt diſpoſitum de vno cenſeatur diſpoſitum de altero cum ſint correllatiui l. fin. C. de indict.viduit toll.l. 1. C. de tranſact. Oſaſc. deciſ. 115. Surd.d.218.num.10. & ſi quid eſt prohibitum vni videtur prohibitum alteri Menoch. conſ.136.num.10.& 11 Gonzalez.ſuper reg. Cancell.glo. 10. num. 12. & vno expreſſo cenſetur alterum expreſſum Macer. reſ.9.num.3. lib.3. & vno conceſſo dicitur alteri conceſſum l.Iulia §. ſi procurator ff.de act. empt.

5 Ampliatur quarto, dictum priuilegium competere filijs mortuo patre Menoch. conſ. 486. & præſumpt. 103. num. 17. Molfeſ. ſuper Conſuetud. Neap.par.4.q.3.num.9. Surd. deciſ.123.dummodo in communione omnes viuant Petro ad Capyc. deciſ. 54. num. 3. cum ſeq.

Ex qua ampliatione ſequitur,quod ſi bona perſeuerant in communione ſubſiſtit prædictum priuilegium & in cõſequentiam ſi diuidantur ceſſare debet ipſa immunitas.

Dubitari nunc contingit ſi ſupradicta procedant quando diuiſio fit neceſſariè, vel tantum voluntariè,cui dubitationi reſpondeo immunitatem conceſſam ob numerum 12.liberorum ſi bona perſeuerent communia non euaneſcere per diuiſionem neceſſariam, in terminis voluit Ripa ſing.obſeru.215.docens, vt prohibita diuiſione per hominem, vel per legem non cenſeri prohibitam diui

ſionem legis neceſſariam allegat. Peregr. de fideicomm. art.14.nu.26.

6 Ampliatur quinto, vt prædictas immunitatem quam conſequitur pater propter filios communicetur cum fratribus ſecum habitantibus Burſat.conſ.161. num.4. Menoch. de arbitr. Iudic. lib.2. caſu 379. num.9. latè Marſil. ſing. 180.& conſ.84. num.34. & ſeq. Arnon.ſililoq.83. Natt. conſ.1.num.10. lib.1. Tamen Theſaur.filius in addit.ad genitoris deciſionem citatam num.11. valde dubitat.

7 Declaratur textus noſter ſic ampliatus, vt in huiuſmodi numero non computantur filij naturales iuxt. gloſ. in l. 3.de his qui num.liber. Cott. in memorab. verb. baſtardi non ſunt filij in terminis Garz.deciſ.8.reddens ratio-

8 nem nam præfati filij non videtur de domo ſiuè familia parentis Gratian.diſcept. forenſ. cap. 218. num. 21. qui ſuperius num.18. ait naturales non habere Ius agnationis, nec dici de familia ex text.in §. vulgo quæſitos inſtit.de ſucceſſ. cognat.l. ſpurios & l.ea quæ per te C.vnd. cogn.Rebuff.in l. pronunciatio §. Iure proprio verſ. ſic itaque domus ff.de verb.ſignific.& nulla gaudet nobilitate etiam ſi à nobilibus deſcendat Bald.in cap. innotuit nu. 14.& 15.de elect. & in l. cum antiquioribus q. 8. num. 12. C.de Iur.delib. & in l. cum legitimè ff.de ſtat. hom. Anchar.conſ. 389. num. Paleot. de not.& ſpur.cap.61.num.7. Rota in vna Veneta legitimatis 26. Aprilis 1602. coram Pamphilio,& in altera Iuriſpatronatus Ianuen. 13. Martij 1606. coram Licta, imò baſtardi non veniunt appellatione nobilium, ſiuè ſumus in fauorabilibus ſiue in odioſis cum tales nullam retineant cognationem, vel agnationem ex parte patris l. ſi ſpurius ff.vnde cogn. Imol. & Alex.in l.ex facto §.ſi quis rogatus ff.ad Trebell.idem Alex. conſ. 25. lib.1. & conſ. 172.in 2.dub.lib.7.Ruin. cōſ. 77.lib.3. latiſſimè Tiraq. de nobilit.cap.15. num.10. cum ſeqq.hinc oritur, quod natules non poſſunt vti inſignijs,

9 vulgo armis quibus vtuntur filijs legitimi, & naturales Theſaur. q. forenſ. 45. lib.2. Guttier.lib.5.pract.quęſt.71. num. 7.

10 Contrariam tamen opinionem tanquam veriorem tuetur Theſeur.d.deciſ.267.nu.5 ſcilicet vt in hoc numero 12. liberorum computentur filijs legitimi,& naturales,& licet non reddat rationem tamen videtur hoc colligi ex noſtri

textus

textus diſpoſitione cuius mens fuit compenſandi incommodum cum commodo, habens enim rationem iuriſconſultus ad onus tot filiorum viuentium quos opus eſſet alere, ſtatuit conceſſit huiuſmodi priuilegium atque immunitatem ab oneribus realibus.

Quæ ratio verſatur non ſolum in filijs legitimis, & naturalibus, ſed naturalibus tãtum, quos omnes tenetur alere pater vulgata auth. ex cõplexu C. de inceſt. nupt. & ſic è contra filij patrem Theſau. deciſ. 221. qua igitur de cauſe filij ſolum legitimi, & naturales computandi ſunt in numero liberorum excluſis naturalibus? imo ſi præfata ratio ſit attendenda, non ſolum filij naturales, ſed etiam ſpurij venirent computandi, cum adhuc eis de æquitate Canonica alimenta debeantur cap. cum haberent extra de eo qui dux. in matrim. quã polluerat per adult. vnde rationes ſupra poſitæ in prima opinione non conformantur cum mente textus.

Et omictendo mentem textus videri poſſet ſi filiorum appellatione contineantur naturales, & quod contineantur remicto te ad tract. ſucceſſ. nouiſſimum Mart. p. 1 q. 2. artic. 2. qui plenè diſputat hunc articulum. Ad noſtrum tamen propoſitum facit optima conſideratio, nam appellatione filiorum tunc compræhenduntur illegitimi quando tractatur de honore, & incommodo eorum iuxta iuriſdictum Garz. 282. ſed ſic eſt quod in hac materia non tractatur de commodo ipſorum, ſed commodo patris ergo, &c.

11 Sed quateuus prima opinio attenderetur limitarem primo eam quando omnes filij eſſent naturales, & nullus reperiretur legitimus, nam hoc caſu ipſi exeuſant à muneribus realibus quãuis ſint legitimi ad inſtar ſucceſſionis, nam licet baſtardi non ſuccedant regulariter patri per text. in Auth. licet C. de natural. liber. tamen hoc intelligitur quando extant legitimi, & naturales, quibus deficientibus ſuccedunt naturales Craſſ. de ſucceſſ. §. ſucceſſio ab inteſt. quæſt. 18. Franc. deciſ. 291. prout etiam filiorum, & deſcendentium appellatione in iure patronatus non veniunt il legitimi ſtantibns legitimis, ſed veniunt ſolum in ſubſidium Menoch. conſ. 285. num. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 218. par. 2. num. 2. qui ſic pluries in Rota Roma. deciſum fuiſſe teſtatur.

12 Se-

12 Secundo limitarem quando filij naturales eſſent legitimati, vt per Bart. in l. ſi quis ita §. 1. ff. de leg. 2. filius enim naturalis legitimatur conſequitur iura legitimi, & naturalis, adeo quod ſuccedit æqualiter cum liberis poſtea naſciturís l. cum ſi quis C. de natur. liber. latè Gabr. concluſ. de legitim. & poterit admicti ad quaſcunque dignitates Viu. lib. comm. opin. opin. 451. de cuius legitimationis effectu videndus eſt. Trentacinq. var. reſolut. reſolut. 1. 2. 3. & 4. de lagitim. & Gratian. diſcept. forenſ. cap. 406. par. 3 vbi num. 8. legitimatus dicitur de agnatione patris illãque conſeruat debet habere legitimã, & omnia Iura legitimorum.

13 Tertio limitarem quando eſſent ingreſſi religionem vt per Apont. conſ. 67. num. 16. & 17. & per totũ quia computarentur in prædicto numero, & ratio eſt clara, nam per profeſſionem fit quis legitimus, intantum quod poterit promori ad ordines ſacros, & habere quæcunque beneficia manualia, & officia regularia ſui monaſterij ſi careant cura animarum abſque diſpenſatione, deciſio eſt Sayr. 4. de filijs prasb. per tex. in cap. 1. de filijs presbyter.

14 Declaratur ſecundo cõcluſionõ prodeſſe hũc numerũ in illis oneribus quæ cauſa belli imponuntur, nam ab eis nemo cenſetur exemptus Doctores in l. ſi ex toto ff. de leg. 1. Theſaur. q. forenſ. 13. num. 5 lib. 1. vbi nu. 13. ſubdit idem locum habere in oneribus impoſitis cauſa peſtis, prout etiam nec excuſare ab illis ex penſis in quibus verſatur publica vtilitas dixit Burſat. conſ. 165 num. 5. cum ſeq. Marant. conſ. 81. num. 13. cum ſeq. Quare optimè fuit firmatum per fratrem noſtrum Nouarium in q. forenſ. 17. vt habens 12. filios teneatur cõtribuere impoſitioni factæ pro ſolutione medicorum, eſt tamen notandum, quod quando immunitas eſt conceſſa ab omnibus, & quibuſcunque oneribus, nam tunc extenditur etiam ad onera peſtis belli, aut alterius magnæ neceſſitatis Viu. opin. 367. num. 3. Raudenſ. de anolog. cap. 22. nu. 30.

15 Declaratur tertio non procedere quoad laudemium, & decimas quoniam pater immunis propter 12. liberorum numerum non dicitur immunis à præſtatione laudemij, & decimarum Alex. conſ. 127 vol. 1. latè de Pont. in tract. de laudem. q. 46.

16 Declaratur quartò, vt natus in octauo menſe non pro

ſit pa

ſit patri ad effectum habendi immunitatem arg. eorum quæ notat Afflict. in deciſ. 236.Clar.in §.teſtamentum q.45.Craſſ.de ſucceſſ.§.teſtamentum q.36.num.19.vbi natus in octauo menſe, ac etiã aliquibus diebus de nono nõ poteſt viuere,& habetur ac ſi mortuus natus eſſet, & conſequenter ſicut eſt inſucceſſibilis, vt per Eugen. conſ. 27. num.5. Ioſeph Ludouic. concluſ.37.fol. 83. à terg. Menoch.de arbitr.Iudic.lib.2. caſu 89.Magon.deciſ.Flor.41.Peregr.de fideicomm. artic.43. nnm.30.Maſcard.concl.1084 & 1146. vol.3. ita pariter innihilo patri immunitatem tribuit.

17 Declaratur quinto, vt licet nepotes proſint auo, tamen omnes pro vnica perſona reputantur Franc. deciſ. 259.num.13. Molfeſ. in Conſuet. Neap. par.4. q.30.num. 11. habetur in Compend. deciſ. Neap. verb. immunitas, quia nepotes ſubingrediuntur perſonam, & locum patris cuius perſonam repræſentant faciunt adducta per Menoch. de præſumpt. lib. 4. cap. 95. Craſſ. de ſucceſſ. ab inteſt.q.2.num.6. Mart.deciſ. 47.nu.6.& 102.nu.8.

18 Declaratur ſexto,procedere quando filij ſunt nati,& nõ in ventre, quia in vtero exiſtens habetur pro nato quoad eius commodum ſolum ſecus vero ad commodum patris l.qui in vtero ff.de ſtatut.hom.Roland.à Vall.conſ. 52.num.6.referens Ang.Plat. Alber.vide Boſſ.in eius prax. crim.tit.de Princ.& priuileg. conferunt ſcripta per Ann.in collect.393.Conſt.in tract. de retrotract. fol. 5. nnm. 4. & Borrell.conſ. 28. vbi quid dicendum in filio abortiuo.

19 Declaratur ſeptimo,præfatum numerum non excuſare à contributione ſolutionis impoſitæ ciuibus ab Vniuerſitate pro ſalario medici conducti, & hoc cauſa publicæ vtilitatis iuxta late tradita per nos infra in l. vtilitas de primip. lib.12, & in terminis voluit Nouarius frater in q. forenſ. 17. par. 1. referendo Capiblanc.ſing.135.& vltra adducta per eum facit pro corroboratione, quod inquit Mangrell. in addit. ad Bart. in l. quod maior pars ff. ad municip.vbi minor pars præiudicat maiori quando tractatur de prouidendo Vniuerſitatem de medico.

20 Dubitari tamen poſſet, quid ſi pater immunis ob dictum numerum 12.filiorum aliquid ſoluerit ad quod non tenetur vigore immunitatis prædictæ,an ſibi præiudicet, Alex. conſ. 33. num.2. vol.5. reſpon-

reſpondet, vtique præiudicare in eo, quod eſt ſolutum, ſed nõ in alijs ſequitur Nact. conſ. 77. num. 15. conſ. 446. num. 16. & conſ. 627. num. 18. Menoch. conſ. 75. num. 70. Lanar. conſ. 14. num. 5. conſ. 27. num. 49. conſ. 32. num. 9. & conſ. 41. in fine Surd. de alim. tit. 4. q. 16. nu. 29. facit textus in l. ſi certis annis C. de pact. vbi ſola diuturna præſtatio abſque cauſa, & obligatione introducta non obligat ſoluentem in futurum Marant. conſ. 40. Tepat. var. Iur. ſent. tom. 2. tit. de oblig. fol. 243. à tergo verb. ſola diuturna præſtatio. Niſi ſolutio eſſet facta per triginta annos, quia præiudicaret, in futurum vt ibi per Alexan. cui aſſentitur Nact. conſ. 274. in fine, & Gabr. tit. de Iur. immun. conclu. 1. num. 10.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio textus.*
2 *Procuratores ſunt viles.*
3 *Exercens officium procuratoris non cenſetur nobiliter viuere.*
4 *Conſiliarij, & officiales nõ poſſunt eſſe arbitri amplia num. 5. limita num. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.*

DE DECVRIONIBVS.

L. ſi quis procurationem.

1 Diſpoſitio huius textus hæc eſt, quod Conſiliarius non poteſt conſtitui procurator, & conſtitutus puniri debet, vt fuiſſe deciſum teſtatur Hartaman. deciſ. 12. de procurat. & ratio duplex eſt nam Conſiliarij dicuntur indignitate conſtituti iuxta terminos l. quiſquis C. ad l. Iul. meieſt. & omnes procurato-
2 res ſunt viles, & ſic procuratoris officium, eſt viliſſimum adhoc paſſim allegatur textus iſte, & conſequenter non debent conſtitui procuratores. Et adeo hoc eſt verum, quod idem procedit in Doctoribus, qui procurationis munus ſubeunt Bart. in l. generali num. 10. C. de tabell. lib. 10. Bald. in l. vniuerſis nu. 2. C. de decur. lib. 10. & idem procedere videtur in nobilibus nam ob præfatum vile exercitium amictere cenſentur nobilitatem Hartam. deciſ. 9. cit. &c. & propterea
3 Guid. Pap. deciſ. 89. decidit quod non cenſetur nobiliter, quis viuere qui procurationis officium exercet.
4 Et nota, quod Conſiliarij, & Officiales nec poſſunt eſſe arbitri, vt cautur pragm. 9. §. item

§. item ſtatuimus ibiq; Nouarius Frater noſter de off. Iudic.& alior.official. & notatur in l. ſed & ſi §. ſi quis Iudex ff. de arbitr. cap.infames 3.q.7.Blanc.de compromiſs.q.2. nu.41. poſt Lāfrāc, in tract.de arbitr.p.2.nu.12. & ſeq.Balb.deciſ.411. Guid. Pap.deciſ.69.Grammat. deciſ.9.num.1. Cened. collect. Iur.canon.127.num.2.par.2. & Menoch. conſ.573. nu.10. vol.6.

5 Amplia in totum cōſilium ſiuè Senatū compromiſſum fieri non poſſe (Guid. Pap. deciſ. 554.) ex quo vt ipſe dicit per rationes quas inducit (Goffredus de Franch. in ſum.titul.de arbitr.col.1. verſ. item prohibetur compromitti) proponit tres rationes quare in ordinarium Iudicem compromiſſum fieri nequeat quarum prima illa eſt quia ſi nollet pronunciare nō eſſet quod eum cogeret, & coactio iſta ad ordinarium ſpectet (l.3. ff.de arbitr.) ſecunda quia ſi ſententiam quam ipſe tulerit contigeret impugnari timēdum eſſet ne illam animosè defenderet (l.nemo C.de aſſeſſor.) Tertia quia arbiter eſt ſimilis Iudici (l.1. ff. de arbitr.C.rem non nouam C. de Iudic.) verum iſta egeret aliqua ratione, quod primā rationem ego dicerem non procedere vbi ille Iudex ſuperiorem haberet à quo poſſet cogi vt in Regno Neapolitano ſi fieret cōpromiſſum in aliquem Iudicem Baronalem, quod haberet Iudicem ſecundarum cauſarum ſiuè primarum appellationū poſſet ab illo cogi, & ab alijs ſuperioribus Regijs. Secunda ratio etiā non obſtaret quia poſſet compeſci per Superiores animoſitas. Tertia facit ad rē quo ad impediendum, & hanc veriorem arbitror quia cū arbitri ſint ipſis Iudicibus ſimiles, melius propterea erit, vt quemadmodum tanquam debeat de Iure ſententiam proferre quam tanquam arbitri, qui Iubeat ſibi ipſi contra dictū textū in d.l.ſed etſi §. ſi quis Iudex.

6 Primo limito non procedere de Iure canonum, cap. cū tempore cap. per tuas, cap. cum à nobis, & cap. olim de arbitr. cap.veniens, de Iureiuran.cap. niſi eſſent de præbend. c.literas de præſumpt. voluit Ang. conſ.218. Franç. Marc.deciſ.456. nu.1. vol.1.

7 Secundo limito non procedere à Iudice à quo appellatur, quia ſi arbiter eſſe poteſt Cyn.in d.l. ſed & ſi §. ſi quis

N Iudex

Digitized by Google

Iudex ff.de arbitr.

8 Tertio limito non procedere in Iudice delegato, quia ipſe in arbitrum eligi poterat cap. niſi extra de præbend. cap. cum olim de arbit. cap. literas de præſump. Specul. in titul. de arbitr. in d. §. poſt. Abb. Panorm. in d. cap. cum tempore de arbitr.

9 Quarto limito non procedere in Iudice maleficiorum, quia cum cauſarum criminalium ſit Iudex in eum compromitti poſſunt cauſæ ciuiles cum eius Iuriſdictionem non tãgat, vt concludit Angel. d. conſ. 218. col. 1.

10 Quinto limito non procedere ſi fieret compromiſſum in Iudicem ordinarium non tamen de cauſa ad Iuriſdictionem ſpectante, l. ſi quis ex conſenſu C. de Epiſcop. Audient.

11 Sexto limita non habere locum ſi fieret compromiſſum in Iudicem ordinarium tanquam arbitratorem, quia tũc fieri poſſet l. ſi de meis §. recepiſſe ff. de arbit, Guid. Pap. deciſ. 69. & 370. nu. 2. Gram. d. deciſ. 9. nu. 1. Franc. Marc. deciſ. 465. nu. 1. vol. 1. Suarez recept. ſent. §. arbiter nu. 243 & 244. Faber lib. 2. tit. 35. deciſ. 2. vol. 1.

12 Limita vltimo nõ procedere de cõſuetudine, quia fiunt compromiſſa in Iudices ordinarios, & Regios Conſiliarios, vt per Goffred. de Frãc. d. tit. de arbit. vol. 2. & dicit Guid. Pap. d. deciſ. 69. num. 2. quapropter facto cõpromiſſo in Regios Conſiliarios tãquã arbitratores, & amicabiles compoſitores eadem ſententia exequitur tanquam prolata per ſacrum Conſiliũ, vt ex multis dicit fuiſſe promiſum in eodem Sacro Conſilio teſtatur Grammat. cit. deciſ. 9. num. 2. & per tot. Et ad materiã latiſſimè Nouarius frater in pragm. odia litium de arbitr.

SVMMARIVM.

1 *Officium cogitur quis acceptare ita vt poſſet à domo extrahi.*

De Decurionibus L. ex omnibus.

1 Poteſt quis extrahi è domo, vt officium acceptet hoc dicit vide quæ dixi ſupra in l. ſi ad Magiſtratum eodem titulo noſtro, & vltra alios Roman. ſingul. 188 de Ponte, de poteſtate Proreg. titulo de abundant. ciuit.

Digitized by Google

uit. §.1. num.2. Zappull. in pragmat. 3. fol. 48. num. 68. plenè Bouadil. lib. 1. Polit. cap. 154. num. 35. & Nouarius frater in quæſt. forenſ. 18. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Decuriones exercent rationes Vniuerſitatis.*
2 *Vniuerſitas tenetur conſtituere Sindicum.*
3 *Actor agens contra Vniuerſitatem, an teneatur petere, vt Sindicus conſtituatur.*
4 *Sindicus non tenetur cauere de iudicatum ſoluendo.*
5 *Sindici contumacia, vel confeſſio an preiudicet Vniuerſitati.*
Adminiſtrator Vniuerſitatis pro eius adminiſtratione tacitè obligat bona.

De Decurionibus L. Procuratores.

1 Rationes ciuitatis per Decuriones exercentur hoc dicit. Vnde Vniuerſitas poteſt agere, & conueniri, & in Iudicio ſtare non per ſe, ſed per ſuos Sindicos, & Actores l. 2. & 3. ff. quod
2 cuiuſque vniuerſ. nom., & conſequenter poteſt Vniuerſitas cogi ad conſtituendum Sindicum l. 4. §. creditoribus ff. de fideicomm. liberr. vbi Bart. & alij in l. 3. in fin. ff. de alim. & cibar. leg. Franc.
3 Marc. deciſ. 489. & hoc vt facilius cauſſæ tractetur Curt. in l. 2. §. hoc etiam in fine C. de Iureiuran. propter calumn. dando. Reſpublica enim æquiparatur pupillo l. Rempublicam infra de Iur. Reipubl. lib. 11. & ſic quando contra pupillum agitur actor debet petere, vt conſtituatur ei tutor ad text. in l. 3. §. fin. ff. qui pet. tutor. Ita pariter quando agitur contra Vniuerſitatem, nam debet petere actor vt conſtituatur Sindicus, & imputabitur actori ſi non petierit, quia ſi ſententia fuerit lata contra Rempublicam indefenſam erit nulla, iuxta text. in l. 1. Infra de Iure reipubl. lib. 11. Et adeo vniuerſitas regitur per Sindicos quod poterit deferri aduerſario Iuramentum litis deciſiuum dummodò habeat ad hoc mandatum ſpeciale Bart. in l. 34. §. 1. num. 1. ff. de iureiurand.
4 Animaduertendum eſt tamen Sindicum non teneri ca-

uere de iudicatum ſoluendo Gloſ. in l item eorum §. actorũ Vniuerſitatis verb. de rato ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom. Iaſ. in l. 4. num. 19. ff. de re iudic. & ſi fuerit effectus cõtumax non nocet Vniuerſitas; prout etiam nec nocet eius
5 confeſsio in Iudicio facta l. certum §. ſed an, & ipſos, & ibi gloſ. de confeſs. Cagnol. in l. vnica §. ſi procurator num. 26. ff. ſi quis Iudic. non obtemp. Contrarium tamen tenent Dec. conſ. 297. nu. fin. & Oſaſc. deciſ. 39. num. 5. 6. 35. & 36. dummodò ſit legitimè conſtitutus.
6 Sed an Sindicus ſeu quilibet Adminiſtrator Vniuerſitatis pro ſua adminiſtratione obligat ei bona ſua tacitè affirmat iuè Neguſantius de pigno. membr. 4. 2. p. num. 119. Fuſc. ſing. 29. lit. A. Montan. prag. 4. §. 8. nu. 8. & ad inter eam vide repertoriũ Viſcõti verb. Sindicus.

Quando autem talis hypotheca incipiat videndus eſt Nouarius Frater in ſuo tract. de priuilegijs miſerabiliũ perſonarum.

SVMMARIVM.

1 *In electione officialium, adminiſtratorum bonorũ Vniuerſitatis, & in quolibet actu perficiendo requiritur duæ partes decurionum, ſed quod an actus, dicatur perfectus quando alter duarum partium nõ interfuit à principio nu. 2.*

3 *Maior pars Vniuerſitatis interuenire debet pro parlamento faciendo, ſed quomodo intelligitur habetur num. 5. 7. & 8.*

4 *Modus congregandi Vniuerſitatem refertur.*

Citatio abſentium infirmorum, ac impeditorum, an requiratur ad effectum, vt actus ſubſiſtat.

8 *Parlamentum ad hoc, vt legitimè fiat de iure requiruntur duæ partes vniuerſitatis, quæ ibi ſint præſentes.*

9 *Factum à maiori parte cẽſetur factum ab omnibus.*

10 *Maior pars duarum partiũ præſentiũ in Concilio debet conſentire, & minor pars contradicens cogẽda eſt in ſe ſubſcribendo in concluſione facta à maiori parte num. 10.*

11 *Electio Vniuerſitatis eſt nulla, niſi dicatur, in inſtrumento fuiſſe præſentes duas partes ex tribus.*

12 *Maior pars quæ dicatur.*

13 *Concluſum à maiori parte attenditur, declaratur, vt num. 14. & 16.*

15 Con-

15 *Conſenſus ſingulorum in quibus caſibus requiratur*
17 *Minor pars in quo caſu præiudicat maiori.*
18 *Conſenſus vox, & ſuffragiũ dandum eſt gradatim; & an poſſit dari ſeparatim, num.19. & an per procuratorem num.20. & an poſſit renuntiari nu.21.*

De Decurionibus. L. nominationum.

1 HAbetur hic vt cum aliquis magiſtratus ſit eligendus, debent conuenire, & eſſe præſentes duę partes decurionum. Imò in quolibet actu perficiẽdo requiri duas partes decurionũ diſpoſuit textus in l.planè ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nom. alias actus dicitur nullus, nam præſentia maioris partis illorũ de regimine eſt de ſubſtãtia, & forma omitti non poteſt, ita vt ſi in minimo deficiat actus corruit l. cum hi §. ſi prætor ff.de trãſact. Guttier. pract.quæſt.lib.3.q.15. nu.5. & ſeqq. Gam.deciſ. Luſit.45. nu.3.Macer.var. reſol. lib.1. reſolut.11.num.4.Gonzal.ad reg.Cancell.8.gloſ.4.nu.137. & quod actus corruat ſi non obſeruatur modus præfixus per hunc textum habetur in cap.dilecta de reſcript. cap. quia propter de elect. Sard. deciſ.268.num.8.Valaſc. deciſ.133.num.3.& 133.num.4. & Teſt. deciſ.Arag.30.nu.10.

2 Quid verò dicendum ſi in illo numero deficiat vnus ex regimine qui non interfuit in parlamento, ſed antequam finiretur parlamẽtum ſuperuenit, an actus dicatur perfectus, & pro affirmatiua opinione reſpõdeo à paritate rationis appoſitæ per Caput. de regimine Reipublicæ cap.7. num.19. vbi ſi vnus ex regimine non interfuit in Concilio, ſed ante illum finẽ ſuperuenerit, non incidit in pęnã appoſitam per Statuta Ciuitatis Coſentiæ per text. in l.Diues, ff.de in integr.reſtit. & ratio eſt, nam ea, quæ incontinenti fiunt videntur ineſſe l.lecta §.dicebam ff. ſi cert.pet. l.petens C. de pact. cap. officij 38. de elect. Macer.lib.1. reſolut.69. num.5. & reſolut.fin. caſu 62.Tuſch. concluſ.81.let.I.animaduertendo, vt dicatur incõtinenti ante aquam diuertatur ad actus extraneos Albert. de Stat.par.2. q.228. Ita vt nullus alius actus etiam momẽtaneus interponatur Gloſ. in l.ſi pater captus ff. de vulgar. & pupill. Auendan. de exequut.mandat. par.1. cap. 16. num.1.

Sed

Sed quoniam materia hæc eſt
quotidiana, cũ ſit nimis vſui
ſuppoſita. Ideò ſciendum eſt,
non tantum requiri, & eſſe
de forma interuentum ma-
3 ioris partis Decurionum,
ſed etiã maioris partis vni-
uerſitatis. Et vt præfata
materia benè pcipiatur præ-
ſupponitur quod in nonnullis
regionibus ſolent emanari
4 bãna per præcones cum pul-
ſatione campanæ, vt tali die
aſſignata omnes ciues aſſi-
ſtere debent pro faciendo
Concilio. In alijs verò ap-
poni ſolet cartella pro Vni-
uerſitate congreganda. Hoc
5 peracto ſi tota Vniuerſitas
compareat, & hoc caſu de-
bet quilibet nominatim in-
terrogari de nominatione,
vel concluſione facienda.

6 Dubium circa hoc verſa-
tur, num requiratur ſpecia-
lis citatio abſentium, infir-
morum, & actualiter impe-
ditorum. Dicas negatiuè
ſecundum Bart. in l.79. fin.
num.2. C. deleg. lib.10. gloſ.
in cap.2. de teſtam. in 6. Ol-
drad. conſ.259. Calder. con-
ſil.4. de his quæ fiunt à præ-
lat. Franc. Marc. deciſ. 1036.
1339. num. fin. 1130. & 1334.
vol.1. qui ait non eſſe expe-
ctandos abſentes, niſi in tri-
bus caſibus de quibus per
Gloſ. in cap. præſentium de
elect. in 6. & in nonnullis a-
lijs relatis per Trentacinq;
vbi ſupra num.2. & ſequenti
quos limitarẽ quoties adeſ-
ſet conſuetudo decem anno-
rum in contrarium non vo-
candi abſentes, vt apparet ex
deciſ. Put. 12. par.2. & Summ.
Naldi in verb. abſens num.8.
in fine.

7 Si verò non comparent om-
nes ciues, & hoc caſu requi-
ritur præſentia ſaltem dua-
rum partium ex tribus par-
tibus Vniuerſitatis Caput. de
regim. Reipubl. cap.3. num.7.
ſubdens non ſufficere omnes
fuiſſe vocatos, aut præceſſiſſe
ſonum campanę, niſi interue-
niant duæ partes Vniuerſita-
tis. Cuius opinionem audio
non practicari, ex eo quid
ſufficit fuiſſe vocatos, quia
ſi negligant ad concilium ſi-
uè parlamentum accedere,
ita vt pauci ciues compa-
reant, Decuriones ad votum
maioris partis eorum qui in-
teruenjunt concludunt, & ſic
valida eſt concluſio, nam
ex quo ciues fuerunt voca-
ti, & neglexerunt, quodam-
modo contumaces ſe conſti-
tuerunt cap. cum nobis de
elect. vbi Doctores, & conſe-
quenter eorum contumacia
nullo modo præiudicabit a-
ctui geſto per alios ciues.

8 Quidquid tamen ſit de con-
ue-

ſuetudine, de iure concluditur quod ad hoc, vt parlamentum ſit validum requirantur duæ partes Vniuerſi-
8 tatis, quæ ibi ſint præſentes Iaſ. conſ. 140. lib. 4. Franc. Marc.deciſ.781.783.& 1335. latè Tuſc.concluſ.358. lit.V. Maur.alleg.1. & Trentacinq. variar. reſolut. dicto titulo reſolut.1. per totam.

Vnde infertur ad deciſ.Bellam. 275 vbi ad hoc vt rector poſſit expedire negotia Vniuerſitatis requiruntur duæ partes, nam factum duarum partium Vniuerſitatis cenſetur factum totius Afflict. deciſ. 373.& Franc.deciſ.197. Sic pariter infertur ad deciſ.Miſing.82. centur.1.loquentem de procuratore conſtituto à minori numero duarum partium Vniuerſitatis, nam non dicitur benè conſtitutus, ratioque eſt vulgatiſſima quo-
9 niam factum à maiori parte cenſetur ab omnibus factum l. quod maior ff. ad municip. Quarè meritò in Iure patronatus maior pars præfertur minori cap.1.& cap.quorundam de Iure patron.Crauett. conſil.63.Abb.conſ.66. lib.2. Franc. Marc. deciſ. 119. Verall.deciſ.363. par.3.& Boer. deciſ. 121.

10 Congregatis duabus partibus Vniuerſitatis ſufficit quod maior pars iſtarum conſentiat Gloſ. in l. aliud §. refertur ff.de reg.Iur.licet Salic. in Auth.hoc Ius porrectum C.de ſacroſ. Eccl.ſcripſerit requiri conſenſum maioris partis totius Vniuerſitatis, vnde attenta eius opinione eſſet neceſſe quod interueniret tota Vniuerſitas, & maior pars illius conſentiret, quæ opinio per Doctores in d.l.planè reijcitur, nam maior pars intelligitur ſecundum numerum perſonarum qui ad validandum Concilium ſufficiant, & ſic cum ſufficiant duæ partes Vniuerſitatis ad tradita ſuperius, ſufficere pariter debet conſenſus maioris partis illarum duarum partium in parlamento interuenientium, eò magis quia electio ſpectant ad omnes de Vniuerſitate vti vniuerſos, quo caſu ſufficit conſenſus maioris partis etiam alijs contradicentibus, vt poſt Doctores in cap.cum omnes de conſtit. dixit latè Franc. deciſ.2. qui loquitur in aggregatione ad ſedile contradicente minori parte; vide etiam Maſtrill. deciſ. 255.
11 par.3. Adeo quod contradicentes in foro exteriori poſſunt cogi in ſe ſubſcribendo in cõcluſione facta à maiori parte

parte Dominus meus Riccius in Iure verſatiſſimus tanquam vas, & oraculum Iuris in deciſ. 277. par. 3.

11 Et non valet electio, vel actus Vniuerſitatis, niſi in instrumento fuerit dictum quod duæ partes ex tibi fuerint congregatæ Alexan. conſil. 68. nu. 8. Aret. §. præterea inſtit. de excep. col. 24. Iaſ. in l. Iuriſgentiũ §. hodie ff. de pact. Capyc. deciſ. 4. vide cumulata per Zanch. in diff. Iur. ciuil. & can. differ. 1. num. 165. Quapropter caueat tabellio ſiuè publicus ſcriba in inſtrumento aſſerere maiorem partem fuiſſe præſentem ſi neſciat, ſed ſubiungat fuiſſe maiorem partem, prout credit, uel ſibi dicebatur, nã de falſo accuſari poſſet l. qui uelut C. de falſ. faciunt notata in l. ſi ex prætio l. ſi cert. petat.

12 Quæri verò poſſet, quæ dicatur maior pars, & quãuis Doctores circa hoc fuerint in diſputatione & potius aliqui tenuerint, vt maior pars diceretur, quę erat ſanior reſpectu meriti ad meritum, & zeli ad zelũ, ita quod habebatur ratio dignitatis ſecundum Theſaur. deciſ. 1. nu. 7. & 8. Put. deciſ. 157. lib. 3. & 161. lib. 2. Guid. Pap. 631. num. 7. Frãc. Marc. deciſ. 489. par. 1. Nihilominus per clem. exiui §. demum de verb. ſignif. ſancitum reperitur maiorem partem reſpecti numeri præferri nulla zeli, meriti, vel dignitatis habita ratione, nam vbi eſt maior numerus præſumitur maior zelus cap. Eccleſia veſtra il 2. de elect. ſed vide Nouarium fratrem in tract. de priuileg. miſerabilium perſonarum priuil. 2.

13 Et licet regula ſit, vt concluſum à maiori parte Vniuerſitatis debeat attendi vigore d. tex. in l. quod maior. & l. planè. Tum hæc regula plurimas limitationes recipit.

14 Prima ſit procedere in his quæ ſunt communibus pluribus vti vniuerſis ſecus in his quæ ſunt plurimis vti ſingulis, nam hoc caſu requiritur conſenſus omnium ciuium l. per fundũ ff. de ſeruit. ruſtic. præd. Cagn. in l. alium §. refertur num. 12. de reg. Iur. latè Auend. reg. 295. Dyn. in cap. quod omnes, & in cap. Iure commun. de reg. Iur. in 6. Capr. concluſ. 9. num. 17. quos ſequitur Gratian. deciſ. 183. Lap. allegat. 85. Oldrad. conſil. 302. Afflict. deciſ. 15. Franc. deciſ. 15. & Franc. Marc. deciſ. 489.

15 Vnde maior pars Capituli nõ poteſt diſponere, nec cõcludere de rebus ſingulorum

Ang.

Angel. conſ. 39. & ideò maior pars capituli non poteſt in vita minori parte facere tranſactionem ſuper franchitijs, quæ clericis debentur, & idem de Vniuerſitate circa paſcua, Nouarius frater quæſt. forenſ. 38. & ſic pari modo in inducendis, & imponendis collectis requiritur conſenſus omnium, nec ſufficit conſenſus maioris partis Vniuerſitatis, Guid. Pap. deciſ. 424. quamuis contrarium teneat Capyc. deciſ. 148. vbi dicit, quod cùm gabellæ ſint inductę inter donatiua, quæ fiunt Principi, ſicuti donatiua, ſunt communia pluribus vti vniuerſis, cùm Vniuerſitas cogatur illud ſoluere, ità modus ſoluendi, debet ad Vniuerſitatem ſpectare, & per conſequens non obſtante quod aliquis diſſentiat, poteſt illo inuito gabella imponi ex cauſa vrgenti, & ita etiam in electione puellarum dotandarum maior pars non præiudicare minori, teſtatur Genuenſ. pract. Eccleſ. q. 217. & deniquè ceſſio facta iurium Vniuerſitatis à maiori parte non præiudicat minori parti, Anna alleg. 53.

Eſt tamen notandum, quod in his, quæ ſunt communia pluribus vti ſingulis, fauore liberationis, quod fit à maiori parte præiudicat alijs, l. iuriſgentium §. Marcellus ff. de pact. & maior pars in hoc caſu intelligitur pro cumulo debiti, & non pro cumulo perſonarũ, l. maiores eod. tit. niſi in cumulo debiti eſſet ęqualitas, vt ibidem.

16 Limitatur ſecundò quando maior pars eligeret exterum ad aliquod officium, vel adminiſtrationem, nàm non præfertur minori eligenti ciuem, idem Anna alleg. 57.

17 In vno tantùm caſu reperio, minorem partem præiudicare maiori diſſentienti, & eſt in prouidendo Vniuerſitatem de Medico, vt eſt videre apud Mangrellam in addit. ad Bart. d. l. quod maior pars ff. ad municip. vide etiam tract. ſindic. Rub. p. 2. nu. 179.

18 Quod continetur in ſummario, fuit errore impreſſum, nàm in originali erat deletum.

O SVM-

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio non datur in officijs.*

2 *Subſtituens an teneatur de delictis commiſſis à ſubſtituto.*

De Decurionibus l. nullus.

1 NON poteſt quis ſeruire per ſubſtitutum, niſi habeat priuilegium h. d. ex quo ſumpta eſt diſpoſitio pragmaticæ de admin. & quod perſon. ſeru. vbi Addentes, per quam fuit ſancitum in officijs non dari ſubſtitutionem ſine Superioris mandato. Maſull. ad Capyc. deciſ. 151. nu. 1. cum perſonaliter quis ſeruire cogatur, l. inter artifices, vbi Bart. ff. de ſolut. Abb. conſ. 68. vol. 2. Tuſc. concluſ. 106. nu. 23. lit. I. Carau. rit. 2. nu. 16. & 17. Capyc. dec. 151. num. 1. In officijs enim quæ adminiſtrationem habent annexam, vel ſi maximæ qualitatis ſint, perſonæ induſtria electa cẽſetur, vt per alium exerceri non poſſint, niſi de Proregis, vel Regis licentia, d. l. inter artifices cap. fin. §. fin autem de offic. deleg. Amat. conſ. 22. nu. 10. Menoc. de arbitr. Iud. q. 54. num. 10. Borrell. ad Bellug. in ſpec. Princ. rub. 10. nu. 15. lit. G. de Ponte deciſ. 28. nu. 45. Capyc. deciſ. 151. vbi Maſull. num. 1. tradit, quod nec ſubdelegare poſſit, Roman. conſ. 310. Tuſch. concluſ. 105. lit. I. nu. 2. & Gama deciſ. 222. nu. 12. & cùm ſit electa induſtria perſonæ cenſetur adempta poteſtas ſeruiendi per ſubſtitutum, Scaglion. rit. 2. n. 1. & Auend. cap. 4. prætor. nu. 45. lib. 1. & latè hanc concluſionem exornat Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1. cap. 29. vbi ampliat, & limitat in nonnullis caſibus.

2 Sed pulchrè eſt videre, an in caſibus, in quibus quis poſſit ſeruire per ſubſtitutum, vt puta, ſi infirmitate detentus ſit, per text. in l. 2. C. de offic. eius, Si regij ſeruitij cauſa abfuerit, Carau. rit. 3. nu. 20. vel haberet poteſtatem ſubſtituendi, vt ſuprà, teneatur de delictis per ſubſtitutum patratis, vel imputentur ipſi ſubſtituto, adhoc videndus eſt Giurba conſ. 36. vbi optimè ſentijt teneri ſubſtituentem, ſi ſubſtitutus delinquat, neque venit excuſandus, quod idoneam

Digitized by Google

neam elegerit perſonam ſolitam id exercere, & ſubſtitutionis tempore ſimilia officia exercereuerit, quia id vendicaret ſibi locum, ſi perſona valdè integra ſubſtituta fuiſſet, allegat Felyn. in cap. Petrus nu. 11. de homic. Seraphin. deciſ. 527. nu. 1. & Ludouiſium olim Sanctiſſimum deciſ. 232. nu. 5. Verum ſi diligentia Proregis fuiſſet ſubſtitutus, de eius culpis, & delictis non teneri ſubſtituentem, ait de Ponte conſ. 85.

SVMMARIVM.

1 *Origo, & incolatus attenditur in muneribus.*

De municipibus, & originarijs l. prima.

1 IN loco originis, & incolatus quis cogitur ſubire munera h. d. ſed tu nota hanc diſpoſitionem (vti credo) non eſſe in praxi receptam, ſiquidem non poterit quis in vtroque loco ſeruire, præſertim ſi munera ſunt incompatibilia, & ideò forenſis, qui accedit ad habitandum ad aliud caſtrum non compellitur ad munera tutelæ, neque tenetur ad cuſtodiam caſtri, vel ad alia munera perſonalia, Bald. in l. non tantum 9. inquilini ff. de excuſ. tut. Bart. in l. 1. C. de decur. lib. 10. Caſtr. conſ. 317. ſed quod tenetur onera ſubire in loco originis, vide infrà in l. originem eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *Ciuis originarius abſentans ad aliquē locum, poteſt retrahi ad ſubeunda munera in loco originis.*

De municip. & origin. l. originem.

ORigine propria neminem poſſe ſua voluntate eximi manifeſtum eſt, hæc ſunt verba textus.

1 Ex quo textu ſumitur regula, originem potiùs eſſe ſpectandam, quam domiciliū, & ideò infertur, quod ciuis originarius, qui ſe abſentauit alibi, & conſtitutam habuerit habitationē, poteſt retrahi ad ſubeunda munera in loco originis, Vrſill. ad Affl. deciſ. 384. & quod plus eſt, ſi eodem tempore ad locum originis, &

O 2 do-

domicilij fuerit vocatus ad locum originis vti forum potentius accedere tenetur l. adſumptio ff. de muner. & honor. Capiblanc. prag. 10. de Barou.nu.75. Montan. in pragm.2. de admin.Vniuerſ. nu.334. & 335. & ſic ſæpius iudicatum intelligo in Regia Camera Summariæ,prout fuiſſe deciſum in cauſa illorum dello Maſſaro Terræ Bernaudi habitantium Piſtrij. qui ſubeunt onera Bernaudi.

Sed an forenſis teneatur ſoluere collectas reſpectu poſſeſſionis, quas detinent in loco collectantis,vide latè Gabr.conclu.2.tit.de iur. immun. & an forenſes teneantur cōtribuere pro donatione facta Baroni, Theſ. deciſ. 257. & quod forenſes licet teneantur ſoluere collectas illi Vniuerſitati, in cuius territorio ſunt bona, vt per Theſaur.deciſ.149.& Dec.conſ.694. Non tamen tenentur vti ciues l.reſcripto § fin. vbi Bart. ff.de mun. & honor.Dec.conſ.358.nu.2. & quod forenſis,quando tenet bona in alieno territorio teneatur ſoluere collectas in proprio domicilio; vel in Ciuitate, in qua animalia,& bona retinet, vide Campag. in cap.Regni 194. Frauc. deciſ. 22.

Verſim huiuſmodi regula patitur nonnullas limitationes, quod in aliquibus caſibus ſemper ſubauditur locus ipſius domicilij, inferendo, quod ſi locus in teſtamento non adſcribatur, locus vbi teſtator domicilium habet ſubintelligitur, & ſi teſtator dixerit relinquo centum Eccleſiæ,neque declararet,de qua ſubauditur de illa Eccleſia, cuius eſt Parochianus, ita Muta ſuper commenr. conſuet, Panorm.cap.75.nu.65. Cyn.in l.1.q 5.C.de ſacr.Eccleſ.Specul.tit.de inſtr.edit. §. nulli verò der notata in cap.fin.de ſepul & ibi Canoniſtæ, & in quibus alijs caſibus attendatur domicilium nulla habita conſideratione originis, vide apud eundem Mutam ſuper cap.Regni Sicil.cap.71. tom.4.

SVMMARIVM.

1 *Domicilium acquiritur decennio, dummodo non conſtet de animo recedendi num. 2. & continuatum, vt nu. 3.*

2 *Domicilium acquiritur ſtatim, quando habetur animus contrahendi illud.*

De

De incolis, & vbi quis domicilius habere videtur, &c. l.nec ipſi.

1 Scholares non dicuntur conſtituere eomicilium vbi ſtudent niſi decem annis ſteterint, vel alia ratione conſtituerint, h. d. ex cuius textus diſpoſitione ſumuntur concluſiones duæ, quarum prima eſt, domicilium ex habitatione decemnali argui, plures refert Triuiſ.deciſ.23.p.1.latè Maſcar. de probat.concluſ.574.nu.7. & ſeq. quando enim dubitatur de animo recurrendum eſt ad coniecturas, inter quas erit, ſi aſſidua probetur habitatio in aliquo loco non minori tempore decemnij, Campanil. diuerſor. iur.Can.cap.8. num.18. Menoch.de arbitr.Iudic.caſ.86. num. 13. vbi reſoluit, quod quando ſumus in dubio, ex curſu decem annorum, dũmodò ſint continui, præſumitur, quod ille noluerit recedere, niſi adſit aliquod iudicium illum non habere animum permanendi ibidẽ, quod accidit in Scholaribus, & Studentibus, qui ſemper cogitant de redeundo ad patriam, eorumque parentes, quod nota pro intellectu textus noſtri, ita Gratian.diſcept.forenſ.c.18. nu. & 5.Farin fragm. crim. p.1. lit.D.nu.215. & 222. idemq; eſt in famulo, qui ad tempus Domino ſeruit quamuis credant ſcholarem decemnin, aut longiori tempore Ciuitatem habitantem cauſa ſtudij inibi acquiſiuiſſe domicilium propter hoc temporis ſpatium, Io. Andr. in cap. quod clericis poſt nu. 4. vbi Aretin. nu. 7. de for. compet. Menoch. d. caſu 86 ſub nu.22. quos quidem Doctores intelligerem, quando huiuſmodi ſcholaris ſtudio finito decemnali tempore, & maiori commoratus ſit, ex duo deduci poſſit magis habere animum domicilium contrahendi, quam ſtudendi.

2 Imò Rot. Romana in vna Tiburtina nullitatis obligationis 4. Iulij 1614. ampliauit, quod non ſufficiat habitatio decemnalis, ſi cõſtaret de animo recedendi, prout requiritur ad contrahendum incolatum, Alciat. in l. pupillus §. incola in princip. ff. de verb. ſignific. Rot. diuerſ. deciſ. 150. p. 2. diuerſ. & corã Sanctſs. Gregor.

gor.XV.vt in deciſ.279.n.11.& 12.Roland.conſ 79.nu.51.lib.3.vbi quod adeò iſte animus permanendi in loco eſt neceſſarius, vt etiam ſi habitaret per centum annos nunquam contrahitur domicilium ſtante animo recedendi, Bar.& Dyn.in l.lex Cornelia §. ſi tamen fundus ff. de iniur. quamuis talis animus continuò habitandi præſumeretur ex habitatione decennali, etiam abſque aliqua declaratione, Rot. coram Comitulo Romana Societatis Ieſu impreſſa per Marcheſan. de commiſſ. tom.2. fol. 227. Surd. conſil. 371.nu.47.lib.3. Rolan.conſ. 79.nu.52.& 53. lib.3. idem Menoch.d.caſu 86.nu.7.

3 Sed ad hunc effectum decennium requiri continuatum, ſecùs verò interpellatum, inquit idem Roland. d. conſ.79. Ang. in l. hæres abſens de Iudic. Bero.conſ.90. nu.25.lib.2.conſ.12.nu.13.& 20.cum ſeq.eod.lib.

4 Secunda ſumitur concluſio ex illis verbis textus(vel alia ratione conſtituerint) quod domicilium contrahitur ſi quis transferat ſe ad habitandum in aliquo loco,& declaret expreſsè habere animũ ibi contrahend domicilium; eſt enim habitatio animi deſtinatione perpetua, in qua quis rerũ ſuarum magnam ſummam conſtituit, l. ciues eod.lib. c. cùm nullus, vbi Gloſ. verb. domicilium de tempor. ordin.in 6. Rebuff. ad ll Galliæ in tract.de domicil. elect. in præfat.nu.9. Cauall. comm. contr.comm.9.604. d.nu.54. Sanchez de matrim lib. 3. diſput.23.Gratian.diſcep.forenſ. cap.171 num.10. cum ſequ. tom. 1. hinc euenit, quod qui non longo tempore degit in aliquo loco,dũmodò habuerit animum ibi perpetuò permanẽdi, poteſt ab illius Epiſcopo ordinari, ita Nauarr.conſ.10.in antiq. & conſ. 2. in nouis de tempor.ordin. & latè Reuerendiſſimus Dominus meus Riccius Epiſcopus reſolut. 263.in prax.for.Eccleſ.

Nàm intendens breuiori tempore domicilium contrahere debet declarare animum ibi perpetuò manendi, & ſuam voluntatem verbo,vel facto declarare, Bal.conſ.393. & ideò ſi vltrà verba emit illic domum, aut aliam poſſeſſionem, vel eam conduxerit, vt per Farin. deciſ.Rot.Rom.150. nu. 8.par.2. Campanil. d.nu. 18.

Hoc

Digitized by Google

Hoc tamen intelligas, cùm quis in locum aliquem maiorem partem bonorum transfert, & ibi contrahit, dies feſtos celebrat, aliter enim ſola emptio domus, vel alicuius partis bonorum domicilium non facit, cap. ſi Epiſcopus de Paroch. & idē Dominus Riccius loc. citat. num. 2.

SVMMARIVM.

1 *Vxores ſortiuntur forum, & dignitatem virorum, quod ampliatur etiam mortuis viris, vt num. 2.*

De incolis l. mulieres.

1 MVlieres ex perſona maritorum ſortiũtur dignitatem, & forum h. d. vide infrà in l. mulieres de dignit. lib. 12.

Acquirit ſimiliter mulier ex perſona mariti forum, vt hic ea nēpè ratione, quia ſtatim nubendo acquirit forum mariti domicilium, & ciuilitatem ipſius, itaut cōprehendatur in ſtatuto loquente de ciuibus, Surd. deciſ. 330. num. 9. & ſeqq. Franc. deciſ. 363. per tot. & alij relati per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 509. in fin. tom. 4. hinc priuilegium conceſſum viro circa ciuilitatem, habitationem, domicilium, originem, cenſetur datum ipſi vxori quamuis nondùm traductæ ob virtutem matrimonij, quod facit vnicam domum, & vnicum corpus, tanquàm ſint duo in carne vna, quare de vtroque idem iudicandum eſt ob talem coniunctionem, itaùt non ſolùm vxor adſequatur domicilium viri, ſed etiam ciuilitatem, cùm efficiatur ciuis eiuſdem Ciuitatis, cuius eſt vir, & comprehendatur in ſtatuto loquente de ciuibus, vel alicuius Ciuitatis, ſiuè ſit ciuis naturalis, ſiuè ex priuilegio, quamuis etiam ageretur de priuilegio perſonali, Tiraquell. de leg. connubial. lib. 1. p. 1. nu. 28. & ſeqq. Milanenſ. deciſ. 10. nu. 6. cum ſeq. Franc. & Surd. loc. cit. & ideò mulier nupta dicitur verè, & propriè de ciuilitate, ideſt de iure ciuili illius Ciuitatis, in qua maritus eſt ciuis, quia natura ciuilitatis poteſt induci per diſpoſitionem legalem, & ſic per ius commune, ſed etiam per ius municipale,

vt

vt notat Bald. conſ. 139. lib. 5. Bertazz. conſ. ciuili 24. num. 35.

2 Quæ omnia procedunt, non ſolùm in vxore viuente viro, ſed etiam in vidua vidualem vitam ducente, quia talis habetur pro ciue, pro ut erat tempore, quo maritus viuebat, tanquàm imago, Bart. in l. pignoris in fin. C. de pignor. act. & retinet nomen, & familiam mariti, Bart. in l. quicumque de re milit. lib. 12. & durat in ea ciuilitas, & domicilium viri, Fulgoſ. in l. fin. C. de verb. ſignific, & gaudet priuilegijs mariti, & prioris matrimonij cum dignitate, honore, & conditione maritali. Guid. Pap. conſ. 217. & deciſ. 389. Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 379, nu. 5. Tiraq. de nobilit. cap. 18. nu. 5. Boe. deciſ. 338. num. 12. Cæphal. conſ. 526. nu. 48. Itaut etiam vidua includatur ſub ſtatuto loquente de muliere exiſtente in matrimonio, Rimin. Sen. conſ. 157. nu. 5. lib. 1. vbi etiam quod vidua ſoluto matrimonio appellatur vxor, l. ſi qui reum §. item Iulianus, vbi Gloſ. ff. de libera. leg. Et adeò vidua dicitur ciuis Ciuitatis, cuius eſt vir, vt etiam gaudeat priuilegijs viri, tàm ei competentibus de iure communi, quam ſpeciali, etiam quod priuilegiatum eſſet perſonale, Frauch. dec. 363. Milanenſ. deciſ. 10. nu. 6. & ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio datur ad eoſdem honores per quinquennium ad alios per triennium, quod limitatur, vt num. 2.*

De muneribus, & honoribus non continuandis, l. 2.

1 VAcatio datur ab honoribus per quinquẽnium ad eoſdem honores, per triẽnium verò ad alios, h. d. vide Franc. deciſ. 210. qui textus nedùm procedit quando ipſemet electus cõtradicit, ſed etiam ſi contradiceret Vniuerſitas, vel quilibet alius de populo, quando officium ſine ſumptu exercetur, vt per Franc. deciſ. 264. fusè Crauetta conſil. 459. Verum ſi in

2 defectũ aliorum idoneorũ, & habilium aliud Vniuerſitas ſuadeat limitaretur diſpoſi-

ſpoſitio textus noſtri, vt probauit Garz. de nobil. glo. 35. nu. 63. & fuiſſe iudicatum per Collaterale 24. Nouembris 1603. teſtatur Rouit. pragm. 2. nu. 15. de adminiſt. Vniuerſ. & ad materiam vide Viuium dec. 129. Nouar. fratrem quæſt. 85. & Anna ſing. 479.

Quemad. ciu. mun. indic. l. 1.

Officia duo diuerſa in eodem loco exercere quis prohibetur h. d. vide addita ad l. in l quiſquis, infra de cohortal. lib. 12. Carau. rit. 3. nu. 30 & Maſtril. de magiſtr. lib. 2. cap. 11.

Quemad. ciu. mun. indic. l. maioribus.

Maioribus honoribus functi, ad minores promoueri non poſſunt h. d. diſpoſitionem huius textus practicauit multoties D. Genitor in regionibus illis primarius V. I. D. & præciſè in cauſa Reu. D. Hieronymi de Franco, qui per prius exercuerat officiū procurationis Reu. Capituli Terræ Piſticij, officium maius dignū, officio Sacriſtæ, ad quod fuerat electus, & vigore huius textus fuit abſolutus, de quo latè Nouarius frater de priuil. miſerabil. priuil. 60.

Qui morbo ſe excuſent. l. prima.

Orbati vtroque oculo excuſantur à muneribus perſonalibus, ſecus ſi vno tantum h. d. & quando cæci, ſurdi, muti, vel infirmi non admittantur ad officia, vide latè Maſtrill. de magiſtr. li. 2. cap. 10.

De Legationibus. l. quoties.

Legationem non debere mitti ad Principem niſi voluntate Conſilij, & authoritate Superioris, habetur hic, & fusè pro choronide huius textus vide Giurba conſ. 69.

SVMMARIVM.

1 *Officiales Baronales ſunt annales, & remoueri non poſſunt durante anno, nu. 2.*

3 *Officiales electi vltra annum non recipiuntur ab Vniuerſitatibus.*

P De

De ſuſceptor. præpoſit. & archar. l.neminem.

1 EX diſpoſitione huius textus habes, Officiales vltra annum nõ poſſe exercere, & ideò perpetuò diligenter memoriæ eſt mandandum, quod Capitanei, & Iudices Baronales Regni de iure tàm communi, vt ſup. quàm Regni per prag. 5. de offic. iudic. & alior. offic. per Conſtitu Regni, Occupatis, & Conſtit. Iudices vbiq; locorum, annales eſſe debent habetur per Franc. dec. 409. n. 1. Maſtrill. dec. 88. Gratian. lib. 1. diſcept. forenſ. c. 184. Surd. conſ. 261. vol. 2. Anna alleg. 15. nu. 3 Bouadill. lib. 1. polit. cap. 17. Maſtril. de magiſtr. lib. 1. cap. 23. nu. 5. & li. 4 cap. 17. nu. 87. nec confirmari poſſunt ſub aliquo quæſito nomine Commiſſarij, aut Locumtenentis, Anna ſingul. 479.

2 Ideoque Baro data commiſſione, & poſſeſſione capta durante circuli anno Officiales remouere prohibêtur per prag. 5. de Baron. cap. Regni, Electorem, cap. Regni, Scire volumus, & ex d. Conſtit. Occupatis, etiam conſentiente ipſo Officiale, vt inquit Franc. dec. 409. præterquam ex cauſis numeratis per Foller. in Conſt. Regni, Magiſter Iuſtitiarius, nu. 34. Translataq; iuriſdictione in Capitaneis, Baro non poteſt nec vitare, nec cohortare iuriſdictionem, iuxta deciſ Boer. 149 Franc. d. dec 409. & Viu. dec. 256. quæ qualitas annalis adeò commenſurata eſt Officialibus, vt nequè minoris temporis ſpatio eſſe poſſint, cũ nec intra, nec vltra annum Baro conſtituere valeat, Franc. Marc. dec. 11. p. 2.

3 Imò ſi vltra annum fuerit electus. Vniuerſitas non teneretur eum recipere, vt aduertit Capibl. prag. 3 nu. 39. de Baron. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 1. cap. 33 n. 55. quod ſi infra annũ voluerit Officialis diſcedere etiam conſentiẽte Barone, Vniuerſitate tamen renuente decedere prohibetur, Franc. deciſ. 419. Rouit. in prag. 2. nu. 23. de ſuſpict. Official. alias recedens poſſe puniri, teſte Viuio dec. 356.

SVMMARIVM.

1 *Sindicus, & Electi quãdo obligent Vniuerſitatem ex mutuo per eos recepto.*

2 *Eccleſia quando teneatur ex mu-*

mutuo eius nomine contracto.
3 *Respublica, Ciuitas, & Eccleſia æquiparantur.*
4 *Sindicus, & Electi non habent adminiſtrationem generalem cum libera, & nu. 5.*
6 *Magiſtratus perpetui obligant Ciuitatem ex mutuo, & bona ſingulorum, nu. 7.*

De vendēdis rebus Ciuit. Gloſa in l. 1. §. Fiſci.

GLoſa iſta eſt notabilis, & ſemper menti tenenda,
1 ex qua colligitur, quod decuriones, ſiuè Sindici, & Electi Vniuerſitatum accipiendo pecuniam mutuò nomine Ciuitatis non illam obligant niſi conuocato Concilio cum omnibus Ciuibus repreſentantibus Vniuerſitatē, vel niſi probetur mutuum verſum fuiſſe in vtilitatem Ciuitatis, l. ambitioſa, ff. de decr. ab ord. faciend. l. Ciuitas, ff. de reb. credit. & iuxta hanc opinionem fuiſſe decifum in Rota Mırch. teſtatur Gratian. dec. 53. cū enim hoc negotium ſit commune, & tangat omnes, non debet tractari ab vno, vel altero, l. fi. ff. comm. prædior. cap. quod omnes, de reg. iur. in 6. & in his in quibus conſiſtit intereſſe ſingulorum, ſingulorum cōſenſus requiritur, l. profundum, ff. de ſeruit. ruſt. præd.

Meritò autem hic concluditur probari debere mutuum fuiſſe verſum in vtilitatem Ciuitatis, nām in dubio potiùs præſumendum eſt mutuum fuiſſe conuersū in vtilitatem propriam, quā Vniuerſitatis, glo. in l. ſi fundum, §. ſi tutor, verb. expoliat, ff. pro empto, l. præſes, verbo, non ſinet, C. de tranſact. Bart. in l. 3. nu. 1. ff. quod vi, aut clam; neque enim danda eſt cauſa abutendi pecunijs, quas ſub nomine Reipublicæ poſſent Adminiſtratores accipere, ideò non probata cauſa non eſt æquum Ciuitatem teneri, cùm ſufficiat creditori habere regreſſum ad præfatos Adminiſtratores, l. vnica, infra de ſolut. & liberat. debit. Ciuit. eodem lib. DD. in d. l. Ciuitas, ff. ſi cert. pet. prout
2 à ſimili dicimus de cōtractu mutui celebrati nomine Eccleſiæ, qui tenet quoad cōtrahentem cum Eccleſia, ſi fuerit ſeruata forma, non tamen vt præiudicetur Eccleſiæ, niſi doceatur verſum in eius vtilitatē, ſed vt Prælatus contrahens pro ſe, &

P 2 ſuis

ſuis hæredibus teneatur, Cardin. in cap. ex præſentiũ col. 1. verſ. & hoc vult, nu. 2. de pignor. dicens ſingulariter eſſe notandum, & communiter non ſeruari, quia ignoratur, ſubdens eſſe valdè æquum, vt Prælatus teneatur, ac ſi contractus valeret, nàm quoad ſui præiudicium non eſt audiendus, aſſerendo, contractum quẽ ipſe fecit, nullius eſſe roboris, ex cap. diuerſis, de cler. coniug. & ſic intelligitur Innoc. in cap. grauis depoſ. idẽ affirmaſſe, quæ omnia intelligenda ſunt tàm de contra-
3 ctibus cum Eccleſia geſtis, quàm cum Vniuerſitate, quia æquiparantur, l. Reſpublica, C. ex quib. cau. maior. ac ſi eſſent pupilli, & minores, Bart. in l. 1. §. fin. num. 1. ff. quod cuiq; Vniu. nom. & Menoch. conſ. 80. num. 24. lib. 1.

4 Nec videtur obſtare præfatos Electos ac Sindicum, poſſe obligare Vniuerſitatẽ cùm habeãt adminiſtrationem generalem cum libera, vt per Caſtr. in l. reſcriptum §. plerumq; in fine, & ibi Alexand. ff. de pact. & virtute huius clauſulæ, cum libera, ſiuè à lege, ſiuè ab homine conceſſæ, omnia poſſunt fieri, quæ ipſemet principalis poſſet agere, quaſi quod omnis poteſtas tũc fuerit trãſlata in eos, Bart. in l. creditor, §. huius, ff. mand. & in l. Procurator cum libera, ff. de procurat. & alij relati per Guttier. de iuram. confirm. p. 1. cap. 50. nu. 13.

5 Quia reſpondetur veriorẽ opinionem eſſe in contrarium, ſcilicet prædictos Sindicum, & Electos non habere liberam adminiſtrationẽ, cùm dicantur Magiſtratus temporales, qui carẽt libera adminiſtratione, g'o. eſt in l. item magiſtri, de pact. quã ſequitur Caſtr. in l. Præſes, nu. 3. & ibi Iaſ. nu. 8. C. de tranſact. Alex. conſ. 135. li. 7. & conſ. 17. lib. 6. Vant. qui de communi in tract. de nullit. ex defect. mand. num. 127. & Gratian. deciſ. Marchiæ 93. num. 14.

6 Ex quibus ſequitur, quod quando ſumus in Officialibus non temporalibus, ſed perpetuis, non erit probanda per mutuantes verſio in utilitatem Ciuitatis, quaſi quod ſufficiat cum illis cõtraxiſſe, cùm iſti uideantur repreſentare totam Vniuerſitatem, & habeant liberam adminiſtrationem, Bart. in l. Præſes, C. de tranſact. nàm cùm

cùm iure adminiſtrent bona Reipublicæ, poſſunt illam ex mutuo obligare, l. ſi is qui bona, in princ. ff de pignor.& hipot.l.1. verſ.ordo dedi, ff. quod cuiuſq; Vniuerſ. quoniam factum præpoſitorum habetur pro facto ſingulorum ciuium,glo. in rub. C.quæ ſit long. conſuet.verſ.verum eſt ſi populo,Bart.in l.ſi pup. nu.2. ff.eo. tit. Bald.in l.etiam,num.15. C.de exequut. rei iud. Alex. in l 4. num.24. ff.de re iudic. Vndè creditor poterit agere,tàm cõtra bona communia,quàm contra ipſam Ciuitatem, Dec.in l. Ciuitas, num.quarto, vbi Iaſ.num.3. ff. ſi certum petat. & ratio eſt, quia iſti tanquam ab Vniuerſitate Præpoſiti totã repreſentant Ciuitatem, & Dominorum quaſi loco habentur,nõ ſecus ac tutores, & curatores,l.interdum in fine,qui tut.& ibi glo.verbo tranſigere, ff. eod. tit. l. qui fundum,§.ſi tutor,ff.pro emptore, quaſi populus illos eligendo cenſeatur approbare eorum geſta, Abb. in cap.ſignificauit,nu.2. de appellat.Innoc.in cap.1.de fid. inſtrum. per quam electionẽ quidquid per eos præſtabitur,eligentium periculo cader,l.2.ff.de iudic. l.1.§.proindè,ff.ſi menſor.falſ mo.dix. idemque procedere videtur in exercitore Præpoſito nauis,qui ex mutuo exercitoria,quamuis pecunia in vſũ ſuum non conuerterit, quia imputandum eſt Domino, quod talem propoſuerit,l.1. §.non autem ex omni cauſa, verſ.vndè quærit,& ibi glo. in verbo,cùm talẽ,de exerc. act.

7 Ampliatur præfata concluſio, vt perpetui Adminiſtratores repreſentãtes populum, non ſolum poterint obligare bona Ciuitatis;ſed etiam particularium,& ſingulorum, & cum clauſula exequtiua, cum contractus celebrati per tales Adminiſtratores, quibus cura perpetua,& generalis Reipublicæ commiſſa eſt trãſeant in vim legis, non ſecus ac ſi à Principe geſti fuiſſent,Bart. in l.4.§.actor, num.4. ff de re iudic.& in l.ſicut,n.5.ff.quod vuiq. Vniu.nom.in l. pen. C. de donat. inter vir. & vxor. & in l.Cœſar,ff.de public. & vectig. licet contrarium ſequatur glo.in l.2. verſ. item adhoc,C.quæ ſit longa Conſuetudo, Bald.in l.1.nu.2. nè fil. pro patr. Sed primam opinionem eſſe de iure verio-

riorem, firmant Hartam. q 37.num.17.p.1.& latè Coler.de proceſſ.exeq. p.2.c.3. nu.376.qui nu.380. extendit dictam obligationem afficere ſingulos pro tota ſumma, quando fuit facta inſolidum,quam poterint etiam apponere dicti Officiales perpetui.

SVMMARIVM.

1 *Locatio perfecta non reuocari poteſt,quod ampliatur,vt n.2. & 3.*
4 *Eccleſia dicitur cultrix iuſtitiæ.*
5 *Locatio perfecta retractatur ob timorem ſpirituum malignorum.*
9 *Vaſſalli præferuntur in locatione demany facta ab Vniuerſitate extraneis.*
7 *Dignitas ſuperueniens reſcindit conductionem factam.*

De vendẽdis rebus Ciuit. l. quamuis.

1 DIſpoſitio huius textus ex qua regula firmatur locationem perfectam non reuocari, licet maior penſio per alium offerretur: Extenditur etiam ſi
2 locatio fuiſſet à Principe facta ſecundum Abb.in c.1. de probat. Roman. conſ.70. col.2.nu.3.verſ.vel & ſecundò, & meritò nam Princeps eiuſque Fiſcus vtitur iure priuati, niſi in caſu de quo agitur reperiatur expreſsè priuilegiatus,iura ſunt aperta in l.1.& ibi Cin. C.de petit.hæred.l. quod placuit. ff. de iur.fiſc.l.iuſtas,C.eodem, Pereg.de iu.fiſ.lib.6.tit.1.n.1
3 Et eadem ratione dicerem procedere in Eccleſia, quæ facta locatione ab ea amplius recedere nequit, glo. eſt in auth.hoc ius, ver.plus 10.q.2. & Caroc.dec.99. vbi expreſsè firmat,quod ſi offeratur plus iuſto pretio; Eccleſia non debet recipere niſi iuſtum pretium, ſub-
4 dens, Eccleſiam dici cultricem,& autricem iuſtitiæ, & non pati aliquid contra iuſtitiam fieri contra ſe, vel alium, vt in cap.1. §. ſed diuerſum,de alienat.feud. vbi Bald.num.5.in 2.notab. & ſi Eccleſia vendit rem duobus ille præfertur, qui primò habuit titulũ licet nõ poſſeſſionem,Io.And.in cap.cõtinebatur, de his quæ fiunt à prælat.ſine conſenſ. c.Romani. in auth.ſimiliter,n.12. C.ad leg.falcid.Socc.reg.155 emptorum, limit.8. dicens,

Ec-

Eccleſiaſticis perſonis eſſe prohibitam deceptionem, Marſil.ſing.82.limit.2.& hãc eſſe communem opinionem teſtatur Gozadin. conſ. 14. num.14.Ruin.conſ.76 col.2. vol.5.

5 Verùm propter timorem ſpirituum malignorum locati perfecta vtique poſſet retractari,imò quod fortius eſt habitatores ob dictum ſpirituum timorem,& periculum, non ſoluta mercede domos relinquere poſſunt, per tex. in l. habitatores, §.fin.ff locati.vbi glo & DD. & hoc propter vexationẽ, quam dare ſolent inquilinis, vt firmat Porc.in §.fin. verſ. quæritur, inſtit.locati, Apoſtill. ad conſuet. Neap. de locat.& conduct.num.3.poſt lit.B.Couarr.var.reſol.lib.4. cap. 6. per tot. Cagnol. in l.contractus,de reg.iur.verſ. quinquageſimo quarto,Caroc.de locato, & conducto, p.vltima,de remiſſ.merced. nu.46. quos refert Laratth. conſ.57.

6 Idemque dicendum videtur in locatione facta ab Vniuerſitate circa demaniũ extraneis, nam concurrentibus vaſſallis præferri debent prædictis extraneis, & locatio quauis perfecta retractari debet, & hoc duabus rationibus fulcitur, vt per nos in l. 1.C.de omni ag. deſer.hoc.cod. lib.11.

7 Et ſic pariter conductor poteſt recedere à domo ſibi locata propter ſuperueniẽtem dignitatem Præſidatus non obſtante iuramento obligatione camerali,& alijs clauſulis, quæ in eiuſmodi locationibus ſolent apponi iuxta opinionem plurimorum Doctorum relatorum per Gratian.diſcept.forenſ. cap.534.num.48. cum ſeqq. tom. 3. & ratio colligitur ex l.planè,la quarta, ff.vt in poſſeſſ. leg. l.ſi ab Arbitro, vbi Gloſ. verb. ex integro, ff.qui ſatiſd.cog.l.de ætate §.ex cauſa. verſ. id quidem, & alia, ff. de interrog. act. In quibus iuribus cauetur, quod propter caſus inopinatos receditur à diſpoſitione iam facta, tanquam quæ denuò emergunt nouo indigent auxilio, videtur enim deficere conſenſus cõductoris,qui nunquam conduxiſſet, ſi de neceſſitate recedendi cogitaſſet, prout è contra in locatore,qui neque locaſſet,ſi neceſſitatem ſimilem præuidiſſet quo cõſenſu deficiente,non mirum ſi noua prouiſio conceditur,

cùm

cùm à tali conſenſu omnis actus reguletur, l. 1. §. adeò, ff. de pact. Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 4. nu. 7. & alij relati per Gratian. diſcept. forenſ. cap 740. tom. 4. dicens, quod in caſu occurſo fuerat conductori impoſita neceſſitas inopinata recedendi à cōductione, cùm clarè apparebat, qđ conduxerat domum de qua agebatur ad ſex annos, quā vtique non conduxiſſet, ſi credidiſſet illum non potuiſſe inhabitare, prout non potuit, cùm ſtatim poſt paucos dies in ipſo actu deferēdi ſua ſuppellectilia ad eādem domum conductam, ſuperuenerit dignitas non præuiſa ob quam fuerat coactus ab ea diſcedere, & inhabitare in loco ſolitę reſidentiæ, maximè quia ſpōtè diſceſſerat ab illa domo, quam prius per annos duodecim inhabitauerat cum penſione duplo minori, quā in domo poſtea conducta, ex eo quod nemo præſumebatur iactare ſuum, l. cùm de indebito, C. de probat.

Pluribus alijs modis cōtractus locationis quamuis factus poteſt reuocari, videre poteris apud ... tract. de contract. tit. de locato, & conducto, fol. 430. Tuſc. concluſ. 417. & 418. lit. L.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitatis bona immobilia, & mobilia an poſſint alienari.*

2 *Alienatio bonorum Vniuerſitatis adhoc vt teneat, quæ requirantur.*

3 *Sollemnitatibus requiſitis ad alienationem bonorum Vniuerſitatis per eam renunciari non poteſt.*

De vēdendis rebus Ciuit. l. finali.

1 Firmatur per textum noſtrum indubitata concluſio, ſiuè regula Vniuerſitatem poſſe propria bona immobilia, & mobilia, quæ ſeruando, & ſeruari non poſſunt, alienare, ſi alienatio tendat in vtilitatem, & cōmodū ipſius Vniuerſitatis, & ita Ioſeph Ludou. dec. 93. n. 37. cum ſeq. quilibet enim in proprijs rebus eſt Arbiter, & Arbitrator, l. in re mandata, C. mandati, Theſſ. in noſtris terminis dec. 257. nu. 2. & 7. & de hoc non eſt dubitandum, nām Vniuerſitas

tas circa adminiſtrationem & rerum ſuarum alienationem poteſt facere legem, quam vult, l. prohibere, §.planè, ff.quod vi,aut clam l.2. §.viam publicam, & ibi glo. ff.nè quid in loco publ. qui textus vendicat ſibi locum etiam in Caſtris,Villis, & alijs Vniuerſitatibus,quę per alios reguntur, Roland. conſ.90.nu.23. cum ſeqq. & alij relati per Loſch. de iur. Vniuerſ.par.3. cap.5. nu.12. & 13.vbi habes totam iſtam materiam,& Tepat var.iur. ſent.to.1. tit. de bon.comm. Vniuerſ.

2 Sed adhoc, vt huiuſmodi alienatio valida ſit, atque de iure ſubſiſtat quatuor ſollemnitates requiri, dixit Capyc. deciſio. 93. quas ad tui commoditatem hic apponere libuit; Prima eſt, quod ſint præſentes omnes Curiales, & honoratæ perſonæ,ſiuè maior pars,deſcribique debent nomina omnium Decurionum conſentientium dictæ alienationi, adeò quod alienatio facta abſque horum interuentu eſt nulla,Carthar.dec.8.Roland.à Valle conſ. 90. nu.19. & ſeqq.vol.1. Sed ſi ſint abſentes an ſint vocandi, Mohedan.deciſ.vnica,de rebus Eccleſ. non alien. vide Caput. de regim. Reipubl. c.1. §.2. nu.87. Secunda ſollemnitas eſt, quod huiuſmodi perſonæ iurent ipſam alienationem fore in euidentē vtilitatem dictæ Vniuerſitatis,gloſ.hic,& Ioan.de Plat. Batt.in l.2.nu.1.C.de decur: lib.10. Tertia, quod interponatur Iudicis decretum, Capy.dec.4.Auend.de exeq. mand.cap.12.num.25.& ſeq. Imò Vniuerſitates non poſſunt debita cōtrahere abſq; decreto,Corn.conſ.189. n.3. vol.3.& conſ.145. p.2. vol.1. Roland.conſ.90. nu.22.lib.1. & Capyc. d.dec.4. Ex qua ſollemnitate naſcitur dubitatio, ſi credatur Iudici aſſerenti adhibitas eſſe ſollemnitates; & prima facie videretur affirmandum per tex.in cap.nobis, extra de teſtam. vbi habetur Iudicis verbis ſemper eſſe credendum;Tamen totum contrarium deciſum refert Benintēd.in dec.2.cui te remitto. Quarta,& vltima ſollemnitas quæ requiritur, eſt ſubhaſtatio,iuxta dec.Capy.36 vide ſupra in l.ſi tempora, verſ. prout etiam, & latè Gratian.diſcept. for. c.479. par.3.& dec.140.nu.3.ad inſtar minoris & pupilli, quibus

Q

bus Reſpublica ſiuè Vniuerſitas æquiparantur,& inſtrumento rerum alienationis non eſt ſtandum, in quo fit mentio de ſubhaſtationibus, ſi tempore confecti inſtrumenti non poterunt interuenire, Roland. conſil. 92. num 41.

Vltra verò præfatas ſollemnitates, quæ per Capyc. loco cit. apponuntur, eſt aduertendum requiri Congregationem ipſius Vniuerſitatis, iuxta deciſ. Rota Auen. 13. & Guid. Pap. 107. licet quando tractaretur de donando aliquod Principi, non eſſet neceſſaria congregatio dictæ Vniuerſitatis, ita Theſaur. deciſ. 257. vel vellet aliquid donare Baroni, vt eligeret eam in ſuam Cameram reſeruatam, vt refert deciſum Rouit. in prag. 5. de admin. Vniu. n. 39.

3 Sed an Vniuerſitas poſſit renunciare prædictis ſollemnitatibus concernentibus alienationem rerum publicarum, negatiuè respondetur, nam legibus prohibentibus renunciari non poteſt, glo. in l. 1. & 2. C. de fideiuſſ. dot. deneg. ſed in hoc textu noſtro prohibetur bona Ciuitatis poſſe alienari niſi cũ ſollemnitatibus deſcriptis, vt patet ex d. verſ. non aliter niſi, ergò eis renunciari non poteſt maximè cùm dicta verba non aliter non inducant formam, & legibus dantibus formam, renũciari non poteſt, l. nemo poteſt, ff. de leg. 1.

Omnes igitur iſtæ ſollẽnitates ſunt neceſſariæ vbi alienantur bona immobilia ipſius Vniuerſitatis, nec non annui redditus, & poteſtas huiuſmodi bona alienandi ſolum reſidet penes Conſilium ordinarium, ſeù ordinem Decurionum, niſi aliter fuerit ſtatutum per Conſuetudinem introductum; forma enim introducta à conſuetudine rerum publicarũ, ſi non ſeruatur, alienatio redditur nulla, l. fin. cum glo. de iure Reip. lib. 11. Roland. d. conſ. 90. nu. 29. vol. 1. Vnde dicti Decuriones alienantes, & vendentes bona immobilia Ciuitatis abſque dictis ſollemnitatibus, & abſque interuentu Conſilij, vtique tanquam rem prohibitam agentes poterint in viſita ſyndicari, Bouadilla in politica lib. 3. cap. octauo num. 82.

Similiter quoque præfati Sindici & Electi Vniuerſitatum non poſſunt contrahe-

re

rè ſuper bonis,& redditibus ipſius Ciuitatis, nec dictos emere, nec conducere, nec partem aliquam in illis habere, hoc enim eſt illis prohibitum ad inſtar tutorum, & curatorum, qui ſimiliter bona minorum emere, nec conducere poſſunt, l.cùm ipſe,& ibi gl. C.de contrah. empt.l.non licet, & l. ſi emptione, §.tutor, ff.eod.l.Curialis,C.locati,Sintagm iur. 2.par.lib.18.cap.14.num.12. Auil.cap.32.

SVMMARIVM.

1 *Debitores Vniuerſitatum non aſſumuntur ad honores, niſi ſoluto debito, etiam ſi debitũ ſit ex contractu vel mutuo, niſi ſit in modica quantitate, vt nu.5. vel non eſſent alij idonei nu.5.*

3 *Debitores Vniuerſitatum ad honores non admittuntur tradendo pignora.*

4 *Debitores Vniuerſitatum carēt voce tàm paſſiua, quàm actiua.*

5 *Litigantes cum Vniuerſitate nõ admittuntur ad officia, & quid ſi poſt.*

De Debitorib. Ciuitatũ. l. prima.

1 DEbitores Ciuitatum non poſſunt in eis habere honorem, niſi primò debitum ſoluant, h.d. Adde quod textus hic concordat cũ diſpoſit.prag.5.§.17.& 18 de adm.Vniu.& cũ l.ſciendũ ff. de leg. l. ſi aliquid, C. de ſuſceptor.lib.12.l.reſcripto §.debitores, ff. de muner.&, honor.& prag.2. §.17.& 18. vbi Scribentes Capibl. in prag.10. num.71. de Baron. Laudenſ.de dignit.q.27.quæ concluſio procedit, quando ex reliquatione, pollicitatione eſſent debitores, vel ex vectigalium conductione, ſecus verò ſi eſſent debitores ex contractu, vel ex mutuo, d.§.debitores, ſed ho
2 die per dictam pragmaticã corrigitur, nã ſufficit, quod ſit debitor Vniuerſitatis etiã ex mutuo, vel ex contractu; vt ibi (ò che per altre coſe,&c.) Item per dictum §.debitores, ſi dicti debitores dabant fideiuſſores, vel pignora, admittebantur ad
3 officia, quod ſimili modo per citatam pragmaticam correctum ſit, cùm teneantur realiter ſatisfacere,& non

abſque ratione id diſpoſitũ cenſetur, quoniam pignoris, & fideiuſſoris præſtatio non ſuccedit loco ſolutionis, Alberic. de Roſat. in ſpecie poſt glo. in d. l. ſed & ſi pater num. 2. ff. de petita hæredit. dicebat, quod ſi per legem debitores Ciuitatis prohiberentur recipi ad officia, quod debitores pignorum non erunt admictendi ad officium, vt latius per eundem Alberic. in l. promiſſor, §. conſtitutio, ff. de conſtit. pecun. & in d. §. reſcripto non obſtat d. §. debitores, quia ex extenſione Alberic. in d. §. conſtitutio reſpondetur procedere volẽte Vniuerſitate, quod debitores dando pignus, vel pręſtando fideiuſſores ſunt liberati, & admictuntur ad officia, per tex. in l. ſi in rem §. omnis, ff. de pignor. act. per quem textum limitatur diſpoſitio dictæ pragmaticæ, nam ſi Vniuerſitas pro ſatisfactione contentaretur pignora, vel fideiuſſores recipere, hoc caſu talis debitor eſſet admictendus ad officia, quia licet non ſit ſolutum, eſt tamen ſatisfactũ Vniuerſitati, d. §. omnis, & in textu prædictæ pragmaticę de ſatisfactione, non autem ſolutione, & Caput. de regi. Reip. c. 3. n. 95.

4 Aduertendum eſt etiam ad intelligentiam huius textus, vt non ſolum non ſint admictendi ad officia debitores Vniuerſitatis, & ſic nõ vtuntur voce paſſiua, ſed nec etiam habent vocem actiuam, vide Nouariũ fratrem in prag. 5. nu. 9. de admin. Vniuerſ. vbi refert ſic fuiſſe determinatum in Collaterali Conſ. de anno 1613.

5 Verum ſi Electus eſſet debitor in modica quantitate non prohiberetur adminiſtrare, iuxta opinionem glo. in authent. minoris debitor, C. qui dar. tutor. poſt. vbi Bart. & alij, & idem in l. ſi quis in pignore, §. fin. in fine, ff. de pignor. act. Franc. deciſ. 404. num. 6. Leon. deciſ. Valent. 113. lib. 1. Cancer. var. reſolut. cap. 2. de inuent. n. 55 Caput. de regim. Reipubl. cap. 3. nu. 99. p. 128. & idemq;
6 procederet, quando non eſſent alij idonei, qui negotia Vniuerſitatis adminiſtrarẽt, quoniam neceſſitatis cauſa multa cõceduntur, quę alias non concederentur.

7 Sed quid dicendum de eo qui litigat cum Vniuerſitate, an eligi valeat ad officia: negatiuè reſpondendum eſ-

ſe

ſe putò, & hoc propter ſuſpitionem,& periculum ſubtractionis inſtrumentorum Vniuerſitatis, & ex alijs rationibus de quibus in §. 1. Auth. vt ij, qui obligat, & in dicta Authent. minoris debitor, quod credo procedere in lite dubia, ſecus vèrò ſi aliquis vigore publicorũ inſtrumentorum eſſet creditor liquidus, & pro conſequutione citari feciſſet Vniuerſitatem, vel eius debitores, qui correſpondeant ipſi creditori.

Et quid ſi poſt electionẽ factam in perſonam litigantis, vel debitoris lis finiatur vel Electus ſoluerit reliqua, an electio firma remanebit, videndus eſt Rouit. d. §. 18. nu. 30. & 31. vbi nu. 34. quid ſi antequam lis finiatur, Electus ipſe renunciet liti, an ſtante renunciatione debeat admitti ad officium, allegat tex. in auth. minoris debitor, verſ. prohibetur, C. qui da. tuto. vel curat. poſſ.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitates agunt actione perſonali contra tertios poſſeſſores bonorum ſui debitoris, non actione hareditaria, n. 2. Sed cõtrarium eſt in obſeruantia, vt nu. 3.*

De debitoribus Ciuitatũ. l. 2.

1 PEr hunc textum conceditur mirabile priuilegium Vniuerſitatibus agendi actione perſonali contra tertios poſſeſſores bonorũ, quæ fuerunt ſui debitoris
2 pro rata, non tamen habebunt tacitam hypotecam, vt voluit Foller. in Conſtit. Iuſtitiarij per Prouincias, nu. 35 & licet non habeant tacitam hypotecam, habebunt prælationem omnibus creditoribus chirografarijs per tex. in l. pen. ff. de priuil.
3 creditor. Hodie tamen reſpectu Adminiſtratorum bonorum Vniuerſitatis eſt introducta tacita etiam hipoteca in beneficium Vniuerſitatis, per pragm Regni relatam per Rouit. in pragmat. 5. num. 19. de adminiſtr. Vniuerſ.

Quo quiſque ordine conueniatur. l. 1.

AD intellectum huius textus vide relata per fratrem Nouarium q. for. 60.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Periculum nominati ſpectat ad nominantes, ſi idoneus repertus non fuerit, declara ut nu. 2.*

3 *Periculum nominantis quemlibet Adminiſtratorem, ſpectat ad nominatorem.*

4 *Electio mala Sindici imputatur Vniuerſitati, & idem erit Collectorum, & Aerarij.*

De periculo nominatorũ l. prima.

ELectores Officialium publicorum non tenentur pro Electis, licet fideiuſſores non receperint, ſi tempore depoſitæ adminiſtrationis ſoluendo fuerint h.d.
1 ex cuius diſpoſitione notãdum venit, quod periculum nominatorum ad nominantes ſpectat, ſi tempore depoſitæ adminiſtrationis non fuerint reperti idonei, & fideiuſſores ab eis nõ exege-
2 rint, Vnde non ſufficit probare, quod è veſtigio depoſiti officij fuerint ſoluendo, ſed debet nominator probare, quod nominatus fuit ſoluendo per tantum tempus poſt depoſitum officiũ, quo potuiſſet per tex. in l. diuortio, ff. de negot. geſt. quæ neceſſitas probationis incumbit nominatoribus, vt dicit Luc. de Penn. in l. agentes, nu. 10. C. de agent. in reb. lib. 12. vbi is, qui nominat aliquem ad munus publicũ ſuo periculo nominat, & licet diſpoſitio noſtri textus loquitur in nominantibus Officiales publicos; eadem
3 ratione idem dicendum eſt in nominantibus quoſuis Adminiſtratores etiam rei priuatæ, quia diuerſitatis ratio reddi non poteſt, & eſt expreſſum per tex. in l. 1. §. magiſtrum, il ſecondo, & §. primo, ff. de exercit. act. vbi qui magiſtrũ naui præpoſuit, & nominauit, tenetur præſtare omnia facta magiſtri, alioquin contrahentes deciperentur, & idẽ dicitur de inſtitutore ab alio nominato, & præpoſito, toto tit. ff. de inſt. act.
4 Prout etiam idem dicendum erit de Sindicis, qui eliguntur ab Vniuerſitate pro ſeruitio Regis, nàm periculo Vniuerſitatis eligentis adminiſtrant per cap. Regni incip. Item collatores, quod refert Capyc. dec. 118. nu. 3.
5 amplians illud procedere etiam in collectoribus, &

ita

ita pari modo dicendum eſt periculum Aerarij nominati ſpectabit ad nominantes, ſi idoneus repertus non fuerit,& firmat Capibl. de Baron.prag.16.nu.97.

SVMMARIVM.

1 *Meretrices expelli poſſunt ab honeſtis vicinijs, ampliatur vt nu.2.3. 4. & 5. limitatur vt nu 6. & 7.*

8 *Penſio domus conducta per meretricem expulſam ab honeſta vicinia, à quo erit ſoluenda.*

9 *Meretrix quæ dicatur.*

De Spectaculis. l. ſi qua.

1 Ex hoc textu colligitur, vt meretrices,quæ publicum quæſtum corporis faciunt, poſſint expelli ab honeſtis vicinijs, vide Bald. in l.ædem, col.fin. C.locati, Peguer.dec.12. Theſſ. q. forenſ.33. Boer. conſ 4. nu 53. Auna ſingul.338 Menoch.de arbitr.Iudic.lib.2.cent.4.caſu 328.nu.4. Franç.dec.316. & ſic fuiſſe conſtitutum per prag.4.de meretric.vbi Nouarius frater, Barz.dec.19. Caball.reſol.crim. caſu 184. Genuen.pract. q.242.

2 Ampliatur primo procedere vt poſſit à propria domo eijci, Barbat.conſ.48. vol.2. Theſſ.d.quæſt.33.vide infra nu. 6.

3 Ampliatur ſecundò,vt nō tantum procedat in hac Ciuitate Neapoli, ex priuilegio ei conceſſo per noſtrum Inuictiſſimum Regem de anno 1505. ſed etiam per totum Regnum,vt per Conſtitut.Regni,incip.Quæ paſſim,in fine,& vbique locorū ex diſpoſitione iuris communis, vt hic, & in l. non aliter, ff.de vſu, & habitat. Nouar.frater d.prag.de meretric.

4 Ampliatur tertiò,procedere etiam in Studentibus, qui poſſunt à vicinia honeſta expelli, Affl d Conſti.Regni lib.2.rub.42. Anna d.ſingul.338. Viu.opin.698 nu.5. par.2. Menoch. d. caſu 328. vbi in medio ait idem eſſe in Doctoribus cum Scolaribus,vt refert decifum.

5 Ampliatur quartò, procedere in Hæretico excommunicato & morboſo, qui poſſunt ſimiliter expelli, Maranta in tract.de multip. alien. nu.330. Caball.reſol. crim.lib.1. caſu 184. addentes ad Franch.dec.316.

6 Limita hunc textum, non pro-

8 Sed quis tenetur ſoluere penſionem domino domus, quãdo expellitur meretrix, vide D. Ricc. in praxi var. reſol.reſol.133. vbi à nemine ſoluenda erit penſio, ſed eſt imputandum locatori, quoniam mala electio eſt in culpa, l. auxilium, ff.de minor. Franc. Marc. dec. 150. par.1.

9 Et licet meretrix ad ornatum prædictorum, dicatur quæ palam inlupinari ſe proſtituit, tamen dicitur etiam ſi qua, vt aſſolet in taberna caupona, vel quo alio loco pudori ſuo non parcit,& cum vno, vel altero accepta pecunia,non tamen palam non dicitur publicum quæſtum facere, & quæ ſine quæſtu palam ſe proſtituit meretrix dicitur l.pàlam, ff. de ritu nupt. & quæ etiã dicatur meretrix, & quomodo probetur meretricium,vide Surd. conſil. 469. & 460. & plura de meretricibus,earumque dolis, fraudibus,ac pœnis latè diſſerit Menoch.de arbitr.Iud. cent.6.caſu 535.& ſyntagm. iur. vniuerſ. lib. 10. cap. 2, & quando etiã dicatur meretrix, & ex quibus coniecturis probetur, tradit Neuizan.in ſylua nuptia. lib.1. nu. 245. cap. meretrices 32. quæſt. 4. Menoch. de arbitr. Iud.caſu 291.n.7.& 328.n.4. Maſcard. de probat. concl. 1063 uol.2. Scapp.de iur.nõ ſcript. lib.1. cap.54. num.1. Lambertin. de iure patron. par.1.lib. 1. artic.108.nu.18. fol.64.latè Ioſeph.Ludouic. comm.concluſ.tit.de teſtam. concl.8.uerſ.meretrix,Mantienco lib.5.recoll.tit.3.c.10 glo.4.nu.1.ubi ait etiã, quod non eſt neceſſarium quod ſit proſtituta in Lupinari, ut meretrix dicatur,idem aſſerit Alex.conſ.269.uol.6.n.10. & ad materiam quæ dicatur meretrix uide Tuſc. cõcluſ.211.lit.M.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia deputata ad ſpectacula poteſt conuerti in refectionem murorum.*

2 *Collecta impoſita ob aliquam cauſam, an poſſit in alium cõuerti,& nu. 3.& 4.*

5 *Commutatio Vltimarum Volũtatum an poſſit fieri per Epiſcopum.*

De expenſis ludorum. l.vnica.

QVia pecunia deputata ad ſpectacula, in refe-

ctio-

ctionem murorum conuerti poteſt, vt diſponitur per textum hunc, ideò hic ſedet materia conuerſionis vnius operis in aliud, per ea quæ adducũt omnes Legiſtæ cõmuniter in l. legatum Ciuitati, ff. de vſufr. leg. & propterea eſt ſciendum, quod primus modus per quem poteſt de vno in alium fieri
2 commutatio, eſt circa collectam, quæ impoſita fuiſſet pro ſtipendiarijs, vel alia de cauſa, nam poterit in cauſã aquæductus commutari, ad latè tradita per Mut. ſuper cap. Regni Sicil. tom. 2. c. 21. Regis Feder. in princ.

Secunda commutatio vnius operis in aliud videtur eſſe illa, quod licet gabellæ Vniuerſitatum in Regno Siciliæ pro murorum reparationibus deputatæ, in eandẽ prorſus reparationem conuerti velit Inuictiſſimus noſter Rex, attamen quotieſcumque neceſſitas eorundẽ immineret, ſaltem medietas ſolet in aliud cõuerti, & reliqua in illum vſum, vide eundem Mutam cap. 53. tomo 2.

4 Verum aduertendum eſt, omnia ſupradicta non procedere in relicto ad decus, & ornamentum Vrbium circa domos ædificandas, nãm non poterit fieri conuerſio, per ea, quę refert idem Muta d. cap. 25. in principio, nec non pecuniæ deſtinatæ in emptionem frumentorũ pro Vniuerſitatibus, non poſſunt in alium vſum commutari, idem Muta in prag. tit. 23. de emptio. frum. verſ. plus dicimus.

Pro cuius textus ornatu adducere hic volui materiam commutationis vltimarum voluntatum, & licet in hoc loco parum ſedeat; Tamen quia in alia parte horum trium librorum Codicis collocari nequit, ideò vt meam opinionem referã circa mentem infraſcriptæ diſpoſitionis S.C.T. eam hic apponere placuit.

5 Communis opinio Doctorum eſt commutationẽ vltimarum voluntatum, ex iuſta & rationabili cauſa poſſe per Epiſcopum tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatum, hancque ſententiam poſt alios nouiſſimè ſequitur Genuenſ. in praxi Epiſcop. cap. 19. qui allegat Couarr. in cap. tua nobis, de teſtam. Macer. var. reſolut. caſu 40. reſol. 112. Barboſa de poteſt. Epiſc. allegat. 83. nu. 5. par. 3. D. Ricc. coll. 558. & de-

& denique Nouarius frater in praxi priuil.miſerab.perſon.priuil.71.num.13.& ſeq. fulciētes ſe S.C.T. in ſeſſ.22 cap.6.cuius verba ſunt hæc, (In commutationibus vltimarum voluntatum, quæ nonniſi excuſſa,& neceſſaria cauſa fieri debent Epiſcopi tanquam delegati Sedis Apoſtolicæ ſummariè, & extraiudicialiter cognoſcat, nihil in precibus tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum priuſquam commutationes exequutioni demandentur.)

Quæ diſpoſitio videbitur omninò contraria præfatæ communi opinioni, ſi verba ad vnguem obſeruentur, & fixa mente perpendantur, habetur enim ibi, & clarè colligitur commutationes vltimarum voluntatum,non ſolere fieri per Papam, niſi ex iuſta & neceſſaria cauſa, & quoties euenit caſus,in quo Papa commutat,Ordinarij locorum tanquam delegati à Sede Apoſtolica debent cognoſcere ſummariè, ſi in ſupplicatione commutationis porrecta ipſi Summo Pontifice fuerit enarratum falſum,vel veritas fuerit ſuggeſta ante exequutionem prædictarum commutationum, In tantum quod ipſi Ordinarij ex hoc non efficiuntur delegati Apoſtolici in commutatione vltimarum voluntatum,ſed efficiuntur delegati in cognoſcendo illud particulare,ſi fuerit aliquid ſurreptū vel obreptum in ſupplicatione, & tunc perſpecta veritate exequantur, quod à Pontifice fuit commutatū.

Nec me turbat deciſio Rotæ 1121.par.3.diuerſ.per quam fuit ſancitum Epiſcopum,vel eius Vicarium poſſe commutare voluntatem teſtatoris ex cauſa,nam dicta deciſio eſt Mohedani de iure patron.vt videri poteſt quæ fuit exemplata de verbo ad verbum,& dicta deciſio fuit ante diſpoſitionem S.C.T. emanata per Rotam Romanam;vndè cùm ſuperuenerit præfata diſpoſitio, ipſa deciſio debet cenſeri caſſa à numero deciſionum, & correcta.

5 Et quamuis per Barboſa loco cit.adducitur pro corroboratione cōmunis opinionis altera diſpoſitio Sac. Conc.Trid.quæ eſt in ſeſſ.25 cap. 5. Tamen reſpondetur illam non loqui de commutatione, ſed de reductione certi numeri miſſam à te-

ſtatore ſtatuti, quæ poteſt fieri per Epiſcopum, quando ille numerus nequit impleri, licet hodie ſtante Bulla Sanctiſſimi, non procedat.

Ideò cõmunem opinionem tot Virorum Claſſicorum, ſalua ipſorum pace, meo iudicio non eſſe obſeruandam, puto cùm ſit nimis contraria menti S.C. & conſequenter opus eſſet declaratione Sacræ Congregationis, iuxta terminos l. humanum, C. de legib. cùm in qualibet Regione ſit iſte abuſus, vt Epiſcopi cõmutent ex cauſa vltimas voluntates.

SVMMARIVM.

1 *Aquam de publico aquæductu ad ſuum prædium trahere nõ licet, niſi ex præſcriptione immemorabili, vt nu. 3.*

2 *Flumina publica ſunt de regalibus.*

4 *Aqua priuata non poteſt duci de alieno territorio.*

5 *Aqua currens per alterius alueum conuenta, vel onere affecta, dicitur affecta cum illo onere.*

6 *Aqua publica non poteſt prohiberi pro vſu Ciuium, & animalium per Baronem.*

7 *Aqua naſcens in fundis priuatis, erit Dominorũ illorum, & poterit diuerti in præiudiciũ inferioris, nu. 8. & per quantum tempus præſcribitur illud ius, & quæ requiruntur nu. 9.*

10 *Torrens vſui publico deſeruiens dicitur flumen publicum.*

11 *Aqua vt dicatur publica, quæ requirantur, nu. 12.*

De Aquæductu, l. Si quis de cœtero.

1 EX diſpoſitione huius textus apparet, non licere aquam de publico aquæductu ad ſuum prædiũ deriuare, alias erit locus priuationis prædij, tu videas Laud. de Fiſc. not. 173. Capyc. in inueſt. feud. verſ. aquæ, fol. 107. col. 1. latè Valenz. conſ. 20. nu. 31. Staiban. conſ. 27. & Maſtrill. de magiſtrat. lib. 3. cap. 10. num. 287. vbi ius ducendi aquam ex flumine publico in propriũ prædium abſque Principis permiſſione non eſt licitum, per tex. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æſtiu. latè Genuen. in pract. Eccl.
2 quæſt. 358. & ratio eſt, quia flumina publica, ſiuè aquæ ſunt de regalibus, & inter

re-

regalia computantur, vulg. cap.vnico, quæ ſint regalia, de vſibus feudor adeò quod in his nequeunt molendina fieri per deciſ.Affl.338. Viu. 344.& facit deciſ.Franc.183. & Koppen. dec.20.

3 Ampliatur huiuſmodi diſpoſitio primo, vt ad illius effectum non iuuaret præſcriptio,niſi eſſet immemorabilis, Affl. d.Conſt. verbo, flumina,n.1.Borrell.de præſtat.Reg.cap.8.nu.13.& ſeq. & Maſtrill. loco cit.nu.289. iuxta quam opinionem conſuluit D. V.I.D. Io.Dominicus Nouarius meus genitor obſeruandiſſimus pro principali Curia Terræ Coluorarij, in cauſa quam habebat in Curia Epiſcopali Anglonen. firmando Abbatem quendam non potuiſſe præiudicare vero Domino, & ſic præfatæ Curiæ principali vtendo aquam per aliquod tempus, cum titulo & præſcriptione centenaria carebat, & ſic fuit iudicatum poſtea per viam appellationis in Metropolitana Curia Acheruntina & Matherana,de quo eſt ſatis videndus notabiliter Ripa obſeru. 202. & ratio videtur eſſe,quia iſta videtur ſeruititur habens ſeruitutē cōtinuam,quæ non præſeribitur minori tempore, quā immemorabili,ad tex.& ibi glo.verbo, longi temporis, C.de ſeruit.& aqua,& quaſi poſſeſſio aquæ ducendæ requiritur tempore motę litis ad effectum manutentionis, Ludouiſius olim Sanctiſſimus dec.100.

4 Ampliatur ſecundò,idem procedere in aquis priuatis, quæ nequeunt duci ex fundis alienis Dominis inuitis,ad tex.in l.aquam, C.de ſeru.& aqu. Theſſ. dec. 245. Viuius dec.411.

5 Limitatur modo quando aquæ per alterius alueum curreret, & eſſent conuenctæ,& oneræ affectæ, vel pacto, vel conſuetudine, vel alio modo, nām dicerentur ita affectæ,& cū onere ſuo, Menoch.de retin.poſſeſſ.remed.fin.nu.118. Surd.conſil. 130.nu.8.vol.1. quos refert &ſequitur Ripa d.obſer.202 & ratio videtur eſſe, nam in materia aquarum attenditur lex, ideſt pactum, natura,& vetuſtas, l.2.in prin. ff.de aqua pluu.arcen. Gratian.diſcep.for.c.480.nū.13. tomo 3.

6 Limitatur ſecundo, vt quāuis non poſſit duci aqua à flumine publico ſine licen-

centia Regis, vel Baronis; Tamen non poterit prohiberi pro vſu vitæ perſonanarum, & animalium, pro quibus licebit aquam aurire, Capibl.in prag.8. nu.29. par. 2. & ſic etiam non poterit prohiberi à Barone vaſſallis nè vtantur aqua pro irrigandis eorum agris ad pinguiorem culturam, Rouit. in pragm. de aqu. & aquæduct.nu.8. per tex. in l.1. C. de mancip. & colon. lib. 11. vbi ſic refert deciſum.

7 Limitatur tertiò,diſpoſitionem noſtri textus loqui ſolum de aquis publicis,vndè ſi aqua naſceretur in fundis priuatis erit propria Dominorum agrorum,& nõ de regalibus,iuxta ſing.Annæ 35. ponderatur d. c.vnico, vbi enumerantur omnia quæ ſunt de regalibus, & tamen aquæ in proprio territorio natæ non enumerantur idẽ Anna alleg.68.& 79. plures refert Valenz.d.conſil.100.num.12.& poterit ad libitum diſponi,Surd.cõſ.41 nu.2. poteritque induci ad molendinum per canale,aut alias, Alex.conſ. 108. num.1.

8 lib. 2. & poterit diuerti in præiudiciũ vicini inferioris Franc. Marc. dec.174. Anna d. alleg.68. nu.1. Theſſ.dicta deciſ.245. Capibl. loco cit. n.205.& ſeq.fol.208. Burſat. conſ.41.nu.2.Eugen.conſ.41 & 79.vol.1. Viu. d. dec.410. num. 2. & Nouarius frater quæſt.forenſ.87. & dominus fundi quamuis ſit de demanio poteſt prohibere hauſtũ aquæ natæ in eius territorio,Boer.dec.352.nu.5. Tur. alleg. 10. niſi aqua quæ in alieno oriretur poſtquam ingreſſa eſt fundum tuum non poterit extrahi ſine voluntate tua, & poteris de ea facere quidquid vis,Caſtr.in l.aquam, n.2.cum ſeq. C.de ſeruit.& aqua, Surdus conſ.388.nu.10. & 447.nu.2. D.Valenz. conſ 80. num.34. Et quomodo aqua tranſiens per territorium alterius efficiatur illius, Lanar.conſil. 39.nu.2.Pariſ.conſ.112 nu.2. lib.1.Crauetta conſ.412.n.3. & alij per D.Valenz. d.conſil.100. num.15.

9 Et quoties inferior vtitur aquis ſuperioribus, non iure ſolius familiaritatis, ſed iure ſeruitutis decem annis elapſis, inter præſentes, & viginti inter abſentes,erit præſcriptum ius ducendi aquam ad fauorem inferiorum, quæ poſtea nequeunt aliquo pacto,à ſuperioribus diuerti,

ti, & hanc eſſe communem opinionem fatetur, Cępolla de ſeruit. ruſt. prædio. cap. 4. nu. 53. 57. & 63. Alban. conſ. 299. n. 20. Coſta de fact. ſcie. & ignor. cent. 2. diſt. 1. nu. 17. quos ſequitur Ripa obſer. 34 nu. 1. Verum in præſcribenda ſeruitute aquarum, requiritur patientia & ſcientia Dominorum ſuperiorũ, bona fides inferiorum, Imola conſ. 146. vol. 1. Pariſ. conſil. 112. nu. 37. Duar. lib. 1. diſput. 34. & D. Valenz. d. conſil. 20. nu. 36. tamen contrariũ firmat Ludouiſius olim Sanctiſſimus d. dec. 100. n. 2. vbi in quaſi poſſeſſione ducendi aquam, non eſt neceſsè probare ſcientiam aduerſarij.

10 Pro ornatu tamen eſt videre, an torrens qui in aliquo tẽpore hiemis currit, ſed vſu publico deſeruit, dicatur publicus, vel priuatus, ad intellectum noſtrę diſpoſitionis, quæſtio hæc optimè fuit reſoluta per præfatum Dom. Genitorem per viam allegationis pro principali Curia; ſcribebat enim ipſe nam licet prima facie videretur priuatus, ex eo q; non ſemper currit, Tamen quia vſui publico deſeruiebat, quia ibi aquabantur animalia Ciuium, & tranſeũtium, & deſeruiebat pluribus vſibus publicis, proinde pro publico erat habẽdus per memoriale Cotte. verbo, flumen, vbi flumen à riui magnitudine diſcernitur, & præcisè ex æſtimatione circumuolentium, ſed circumuolentes per hunc vſum communem habebãt, ergò pro publico erat habendus, & non ſolum flumen dicitur publicum quando eſt peremne, ſed etiam alio reſpectu, vt per Franc. Marc. dec. 344. par. 2. nu. 4. vt putà quia fluit ab immemorabili tempore, ſecundum tradita per Gratian. diſceptat. forenſ. capit. 480. num. 10. tomo 3.

11 Notandum eſt pariter adhoc vt aqua dicatur publica, requiri tempus immemorabile, l. 1. in fine. ff. de aq. plu. arc. l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aq. quotid. & ęſt. Cœpoll. de ſeru. ruſt. prædio. cap. 4. nu. 24. & 55. Balb. in tract. de præſcript. 2. par. 4. par. princ. q. 4. Menoch. de retin. poſſ. remed. 6. num. 127. comprobat Aretin. conſ. 30. nu. 6. pract. Pap. in forma libelli, in act. confeſſ. verbo, ſeruitus aquæductus, nu. 19. verſ. fallit in ſeruitute.

12 Item

12 Item animaduerſione dignum eſt ad colligendum, ſi acqua ſit publica vel priuata, eſt inſpicenda origo, ſiuè caput, iuxta tex. in l.1. §.caput aquæ, ff.de aq.quotid. & æſti. l.ſeruitus, & ibi glo.ff.de ſeruit.ruſt prædior. Loffred. conſ.13. nu.12. Cępol. d.tract. cap.31. num.8. Surd.conſ.130.n.11. & quod dicatur flumen publicum vide omninò Staiban. conſil. 22.

SVMMARIVM.

1 *Ius aquæ vtēdi de publico aquæductu per tempus immemorabili, turbari non poteſt.*

2 *Conſuetudo temporis immemorabilis, habet vim priuilegij.*

3 *Aquam vtendi ius præſcribitur ſpatio centum annorum.*

4 *Immemorabilis & centenaria, in quo differunt.*

5 *Aquarum iudicium manutentionis, requirit ſolum poſſeſſionem ante motam litem.*

l. Vſum Aquæ.

1 Svmmarium huius textus eſt, Ius hauriendi aquam, vel ea vtendi de publico aquęductu non turbari, ſi tanto tempore quis eſt vſus, quod de eius contrario memoria hominum non extat, ità Borrell. de præſt.Reg.cap.8.n.13.& ſeq. Vndè ſi ex improuiſo turbaretur, quis in hoc iure poſſet illud defendere de iure & armata manu,& non dicitur eo caſu vllam inferri violentiam, l.1. §.vim vi, ff.de vi, & vi arm. Abb. in cap.cùm Vintonienſis,col.fi. de elect. Rimi.Iun.conſ.337. num.20. vol.3. quia cùm ſit conſuetus per tempus prædictum aquam haurire de publico aquæductu,non debet turbari in ſua poſſeſſio-
2 ne; Conſuetudo enim tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, habet vim priuilegij, cap.ſuper quibuſdã, §.pręterea notatur, de verb.ſign. & conſuetudinem longiſſimam eſſe ſimilē priuilegio, habetur in l.hoc iure, §.ductus aquæ,ff.de aqua quotidia.& æſtiua, cap.duo ſimul de offic.ordin.cap.conquæſtus 9. quæſt.3. cap.quia per ambitiones, 64.diſt.glo.in cap.nouit, verbo,conſuetune, de iudic. Alex.conſ.196. num.2.lib 2. Roland.conſ.3. nu.116. vol.1. imò ipſa conſuetudo immemorabilis,priui-

Digitized by Google

uilegium licitum inducit, cap.ſeruitium, vbi glo. de verb.ſign. Bart.in 1.conſt.ff. §.hæc autem tria, nu. 3. vbi Bald.cap.cùm contingat,de foro compet.Io.Andr.& ibi Abb.in cap.1. num.9. vt lit. pend. Put.dec.466.nu.4. Roland.à Valle conſ.89.num.9. vol.2.& conſ.59.n.14. vol.4. Gabr.lib.5.concluſ.concl.1. de præſcript. & quod conſuetudo immemorabilis habet vim priuilegij, voluit Guid.Pap.dec.549.nu.1. Pariſ.conſ.3.& conſ.49.volu.1. Verall.dec.227. num.1.lib.1. & dec. 56 nu.2.lib.3.Nacta conſ.154.num.6.volu.1.Surd. conſ.262 nn.22.vol.2.& plures alij relati per Borrel. in ſumm.deciſ.tit. conſuet.ſtil. & fol.nu.49. intantum quod huiuſmodi conſuetudo,quæ eſt legitimè præſcripta, habet vim legis conſtitutæ,l.1. verſ. ſi tamen, ff. de aqua plu.arc. cap.fin.de conſuet. & loco tituli, ac bonæ fidei habetur,cap.1.de præſcript. lib.6. l.ſi quis diuturno, ff.ſi ſeruit.vendic. glo.in cap.ſuper quibuſdam,de verb.ſig. verbo,non extat, Dyn.regu. poſſeſſor,n.29 & ibi Couar. p.2.§.3.num.7. verſ.alioqui, & lib.var.reſol. cap.17.n.15. verſ. ſed ſi dubitetur, Paz. conſ.15.nu.12.& 33. & conſ. 16.nu.14. & conſ.50. num.4. habet vim pacti conuenti, Affl.in cap.1.§.ſi quis,not.2. nu.5.ſi de feud.fuer. controuerſ. inter dom. & agn. vbi ait paria eſſe aliquid mihi deberi ex pacto, vel ex præſcriptione aut conſuetudine præſcripta,l.9. §.Caſſius, ff.de aqua plu.arc.Gabr.vbi proximè num.68. Roland. à Valle conſ.42.num.29.fol.1. Boer.dec.107.num.4.& conſuetudo antiqua habet vim conceſſionis Principis,Alex. conſ.52.nu.4.vol.5.Villalob. inter comm.opin. tit.commun.de vſucap.concluſ.181. Iaſ.in l.quo minus, num.42. ff.de flumin. Rebuff. in cap. extirpandæ,§.qui verò,verſ. nam ea,de præbend.Tuſc.in concl.808.lit.C,aliquod cõſuetudine põt induci, quidquid per priuilegium poſſe concedi. Imò plus poteſt à conſuetudinem iſtam, quam Principis aut Papæ gratiam,ex Innoc.in cap.ad Apoſtolicam, nu.2. & de ſimon.tradit Rebuff. in tract. de conſuet.vſu, & ſtilo,n.96.

3 Ex quibus dicendum eſt ius hauriẽdi aquam ex publico aquæductu,poſſe præſcribi ex immemorabili cõſuetudine, & meritò, quia

ſeruãdum eſt illud, quod ab antiquo fieri conſueuit, & conſuetudines antiquæ ſeruandæ ſunt, nè quid contra longam conſuetudinem eſſet inducendum, l.1. C. quæ ſit longa conſuetudo, l.manifeſtè, C.de ſeru. & aqua, Alex.conſ.135.nu.10.volu.4. nam conſuetudo immemorabilis inducit præſumptionem iuris, & de iure, vt tradit Butr.in cap.peruenit, verſ. ad tertiam ibi videtur, de cenſ. Felin. in cap. cùm nobis, num.7. verſ. ſcias etiam, de præſcript. cum alijs allegatis per Gabr. d.concl.1. n.50. & Paz dicto conſ.19. nu.19. quæ conſuetudo maximè operatur in aquiſitione regalium, prout in caſu noſtro, Roland.conſil.1.nu.109. & vide Maſtrill. de magiſtrat. lib. 1. cap. 11. nu.2. per quem in d.lib.1.c.4. num.26. firmatur Reges ex conſuetudine tanti temporis, cuius memoria hominũ non extat in contrarium habere regalia in eorum Regnis ſicut habet Imperator in eius imperio, & licet Princeps ſolus habeat ius, & dominium in argentarijs ſiuè fodinis argenti, & ſimilibus vti de regalibus, vt per Maſtrill. deciſ.135. Menoch.conſ.302. ſub num.29. & Cancer. var. reſolut.lib.3. cap. 13. Tamen Baronibus poteſt acquiri ex priuilegio vel immemorabili conſuetudine, idem Maſtrill. de magiſtr.lib.3. c.10. n.304.

Pro huius tamen textus choronide videndus eſt omninò dec.celebris Viuij 226. vbi fuit dictũ præſcriptionem ducendi aquam ex flumine publico non perfici, niſi excederet centenariam, & allegans præſcriptionem tenetur probare, ſed qualiter hæc præſcriptio debeat probari, & qualiter teſtes debent deponere ad probãdam præſcriptionem hanc, vide Maſtrill.dec.114.nu.47 cum ſeqq.vol.2.

4 Eſt tamen differentia inter præſcriptionem immemorabilem, & centenariam in modo probandi, vt eſt communis reſolutio omniũ Doctorum concludentium, quod ad probationem immemorabilis debent teſtes examinari, quod ſint 54. annorum, qui primo deponant ſe, ita ſemper ſeruatum vidiſſe, abſq; actuum contrarietate: ſecundò, ita audiuiſſe a maioribus affirmantibus, ita vidiſſe practicatũ, nec vidiſſe contrarium:

Ter-

Tertiò, quod illi maiores affirmabāt ſimilia audiuiſſe à maioribus ſuis,& hæc dicitur præſcriptio immemorabilis, quia nullam habet memoriam hominum in contrarium, de quo vide Franch.dec.56. nu.21. cum pluribus ſequentibus.

Licet reperio in adnotationibus ad deciſ.Ludouiſij olim Sanctiſſimi,quæ eſt 196 nu.2 quod illud requiſitum, vt maiores non viderint,vel audiuerint contrarium,non eſſe neceſſarium,prout fuiſſe deciſum in Rota in vna Conchen. decimarum de Guauenna 31 Maij 1617.coram Manzanedo, eo quod hoc non expreſſum requiritur,per gl.in cap.1. de præſcript.in 6. aduertit Couar. in cap.poſſeſſor, 2.par.prælect 53.ſub nu.7. & ſic alias fuiſſe deciſum in vna Corduben. decimarum 18. Maij coram Ill.Coccino Decano, habetur in adnotat.ad deciſio.298. Ludouiſij nu.13. vbi teſtes debent deponere, quod nunquam contrarium viderint,nec audiuerint, & conſequenter non eſt neceſsè deponere, vt maiores nō audiuerint contrarium.

Ad propoſitum tamen redeundo concludo ad probandum centenariam, tales probationes non requiri, ſed ſolum ſit probatio curſus centum annorum per ſcripturas, vel per teſtes, Viu.d.dec.226. Sed vnum denique aduertas, quod in
5 iudicio manutētionis aquarum non eſt neceſsè probare antiquam poſſeſſionem, ſed ſufficit probare paulò ante motam litem, ità vt quaſi poſſeſsio aquæ requiratur de tempore motæ litis, idem Ludouiſius d. deciſ.100.

SVMMARIVM.

1 *Aqua conceſſio intelligitur de ſuperflua,quod ampliatur, vt nu.4. 5. & 6.*

2 *Priuilegium extrahendi triticum, intelligitur ſi tale ſupereſt vſui habitantium in Ciuitate.*

3 *Vtilitas publica præfertur vtilitati priuatæ.*

7 *Aqua conceſſio pluribus facta, ſi deficiat communitati, vltimo conceſſionario, reuocata cenſetur.*

l. Siquis per diuinam.

EX finalibus verbis huius tex. ibi (quod his perſo-

 nis

nis, quibus noſtra ſerenitas indulſit ex aqua ſuperflua debet impartiri) Animaduerte, quod ſi ſi conceditur
1 priuilegium à Principe alicui extrahēdi aquam ex publico aquæductu, debet intelligi, ac interpetrari eo modo, vt reſtringatur ad aquam ſuperfluām, & ſuperabundantem, ita vt ſi omnis aqua Reipublicæ ſit neceſſaria, priuilegium nihil tribuit, & ratio eſt, quia aquæ conceſſio intelligitur de ea, quæ ſupereſt deducto vſu publico, Surd. conſ. 321. nu. 46 & 47. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 2. de Abund. Ciuit. §. 6. num. 9. ex tex. in l. Præſes Prouinciæ, C. de ſeruit. & aqua, vbi quod ſitientibus agris noſtris, non ſolū eſt iniuſtum, ſed crudelitati proximū, vt aqua alijs vtantur, & ex deciſ. Franch. 183. Ex qua habetur non conuenire fontem ſummis laboribus, & neceſſitate paratam pro ſubſtentatione vitæ humanæ deſeruire ad quæſtum priuatum ſub velamine publicæ vtilitatis, priuilegia enim publicæ vtilitati dānoſa, ſunt reſtringenda, Azeued. in l. 1. tit. 1. lib. 6. recopil. nu. 25. & 26. imò nullo modo ſunt recipienda, vt infra dicam, & in terminis quando aqua conceſſa priuatis, reducenda eſt ad publicas fontes, ſi illis deficiat, D. Valenz. conſ. 80. nu. 21.

2 Et videmus à ſimili, quod ſi conceditur alicui priuilegium ad extrahendam certam tritici quantitatem de aliqua Ciuitate vel Prouincia, & ſic recipit conditionem, ſi Reſpublica non indigeat, vt per DD. hic ſequutos, & relatos per Ripa in tract. de peſte tit. de remed. præſeruat. cont. peſt. nu. 28. cum ſeqq. & ita tenent Parif conſ. 27. num. 134. li. 1. qui loquitur in paſcuis, Auend. de exeq. mand. lib. 1. cap. 4. num. 27. Padill. in l. ſi Præſes, C. de ſeruit. & aqua Camill. de Curt. in 1. par. diuerſ. feudal. verbo, redeundo igitur, & meritò, quia priuilegium alicui conceſſum nō extenditur ad ea, per quæ publica læderetur vtilitas, l. fin. C. de offic. magiſt. milit. l. humilioribus, C. de ſuſcep. & arca, l. 2. C. de priu. ſchol. li. 2. nam priuilegia publicæ vtilitati damnoſa, non ſunt recipienda, l. nec damnoſa C. de precib. Imper. offer. adeò vt priuilegium generale exemptionis ab omni munere, non eximit quemquam

quam ab oneribus quæ imponuntur pro aquis publicis habendis, vel pro aquæductibus reficiẽdis, vel purgãdis, iuxta tex. in l. ad portus, C. de oper. publ. Ripa vbi ſupra nu. 43 cùm peſtis, bellis, vel famis, & magnæ neceſſitatis tempore omnia priuilegia ſilent, textus eſt ſingularis in l. pro tyronibus. C. de priuil. Aug. lib. 11. Vndè ſi facta venditione tractarum, ſeu earum conceſſione, recollectio frumẽtorum appareret ſterilis, nè Regnum remaneat exauſtũ, licitum erit tractas iam cõceſſas denegare, ad tex. in l. qui ſaxum, vbi Caſtr. ff. de donat. l. quarundam, ff. de acquir. poſſ. Aſſ. per illum textum in cap. poſt natalem in 6. notab. de pace ten & in dec. 290. Surg. de Neap. Illuſ. cap. 15. nu. 46. & 47. & Maur. alleg. 38. p. 2.

3 Eſtque alia ratio textus noſtri, quia nunquam Princeps videtur præiudicare iuri Vniuerſitatis, cuius vtilitas debet præferri vtilitati priuatæ, l. vtilitas, C. de primipilo lib. 12. l. munerum §. item, ff. de mun. & honor. l. ſancimus, C. de ſacroſ. Eccleſ. vide quæ dixi infra in d. l. vtilitas, & conceſſo ſemper dicitur facta abſq; prę iudicio alterius, Bart. in l. ſi finita, §. heinde, num. 4. ff. de damn. infect. & reſcripta contra vtilitatem publicam à nullo Iudice debere ſeruari, dixit Trentacinq. var. reſolut. de reſcript. reſol. 6. vbi quamplurima ex hac concluſione infert.

4 Ampliatur textus etiam ſi eſſet conſuetudo in contrarium, vtputà quia Ciuitas ſolita fuiſſet concedere, ac promictere aquæ conceſſionem, quamuis non ſuffiſciſſet vſui Ciuium, nam cõſuetudo contra vtilitatem publicam non valet, l. fin. vbi notant DD. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. Dec. in conſil. 410. nu. 5. & per totum, & ab hoc neminem diſcrepare, teſtatur de Curt. in tract. de conſuet. ſect. 7. num. 1. & per totam illam ſectionem latè materiam declarat.

5 Ampliatur ſecundò, etiã ſi iſta conceſſio eſſet facta Religioſis, ſiuè loco pio, nã talis cõceſſio reuocari poſſet, ſi aqua publicis fontibus deficiat, vt per D. Valenz. quia optimè loquitur in conſ. 81. quamplurimas rationes adducens, vt ibi.

6 Ampliatur tertiò, etiam ſi priuilegium eſſet conceſ-

ſum

ſum cum quibuſcumq; clauſulis derogatorijs, quia nullum effectum operaretur ob defectum aquę non ſufficiẽtis vſui Ciuium, cùm reſcriptum generale cum quibuſcumq; derogatorijs clauſulis non tollit priuilegia Vniuerſitati, Bald. in cap. 1. col. pen. verſ. pone Princeps, vbi etiam Felin. num. 10. de reſcript. Roman. in l. hac conſultiſſima, col. 1 verſ. & pro hoc facit, quod dicimus C. qui teſt. fac. poſſ. & in l. ſi verò, §. de viro, 10. fall. ff. ſolut. matrimon. Barbat. inter conſ. Alex. 123. nu 16 volu. 4. Dec. in l. toto iure, nu 8. ff. de reg. iur. & conſ. 374. & conſ. 167. Iacob. de Sancto Geor. in l. 2. §. omnes autem, ff. de iudic. & ita pariter, ſi priuilegium eſſet conceſſum motu proprio Principis nullum etiam effectum operareretur, ſtante neceſſitate aquæ, Vrbi non ſufficientis, Fęlyn. in cap. cęterum, col. 5 deſcript. quem refert Ripa in l. quominus, ff. de flum. num. 12. & ſequitur Girond. de priu. nu. 611.

7 Sed pro choronide diſpoſitionis textus noſtri quæri poſſet, ſtante conceſſione aquæ pluribus facta, poſtea deficiente Reipublicæ, an præfata conceſſio aquam hauriendi cenſeatur omnibus reuocata, ita primus, ſecundus, & tertius conceſſionarius careant, & priuẽtur conceſſione. In hoc reſpondeo cum meo D. Valenzuela d. conſ. 80 n. 32. vbi ſi aqua non eſt ſufficiens tollitur ei, qui vltimam habuit conceſſionem, Bald. in cap 2. n. 5. de off. deleg. Azeued. conſ. 12. nu. 14. Bal. in l. ſi plures, C. de condict. inſert. Iaſ. conſ. 192. n 3. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia deputata aquæductui, non poteſt applicari ad aliud opus.*

2 *Pragm. Regni 8. de commiſſ. & exequ. declaratur vt nu. 3.*

De Aquæductu. l. hac lege.

EX huius textus diſpoſitione, quod Pręfectus conuertens aurum aquæductui deputatum ad aliud opus, de ſuo reſarcire teneatur, orta eſt pragm. Regni 8. de
2 commiſſ. & exeq. per quam ſancitur quamlibet Terram teneri aſſignare vnum, aut plura corpora gabellarum Re-

Regiæ Curiæ, eiuſque aſſignatarijs, de quibus non debeat Sindici, & Electi ſe intromictere, vtendo pecunijs, vel ad alios actus applicando ſub pœna triremiũ, quia hi non poſſunt abſque Principis mandato publicã pecuniam nemini ſoluere, ita Peregr. de iure fiſci lib. 6 tit. 3. nu 5. Verum diſpoſitio dictæ pragmaticæ non procedit; vbi magna neceſſitas præueniret, nam in tali caſu poſſent Adminiſtratores Vniuerſitatis vti pecunia deſtinata ad vnum vſum, & applicare ad alium, l. vnica, C. de expenſ. lud. lib. 11. vbi additio Capibl. ſing. 3.

De Gladiatoribus. l. vnica.

SEdet hic materia duelli, ſed de ea loquemur in ſumma Bullarij, verbo, duellum.

SVMMARIVM.

1 *Armorum vſus eſt prohibitus abſque licentia, & nu. 9. quæ concedi nequit à Baronibus, num. 31.*

2 *Arma ſunt prohibita, tàm ſexui maſculo, quàm fœmimino, ac forenſibus, nu 3. nobilibus, & ignobilibus, nu. 4.*

5 *Arma domi detineri prohibetur, limitatur in duobus caſibus. & quid in hoſpitio, n 7.*

6 *Arma prohibentur aſportari nomine alieno, vel mandato Domini, nu. 20.*

8 *Armorum appellatione non veniunt cultelli parui.*

10 *Licentia aſportandi arma reſtringitur in aliquo tempore, & loco.*

11 *Statutum non aſportandi arma non ligat, niſi cum eis apprehenſum, ſecus ſi captus euaſerit, nu. 13.*

12 *Arma an auferri poſſint in loco tuto à confugiente in eo.*

14 *Baiuli arma deferre poſſunt extra Vrbem.*

15 *Armorum appellatione continetur ea ſolum, quæ ſunt apta ad nocendum.*

16 *Statutum arma prohibens, non comprehendit perſequentes bãnitos cum armis, nec eum qui fert arma Magiſtro cauſa accomodandi, num. 17. nec aſportantes ſclopum vacuum, nu. 18. nec minores, nu 26. ne itinerantes, nu. 22. nec clericos, nu. 23 niſi quo ad amiſſionem armorum.*

20 *Armorum appellatione venit accettullum.*

21 *Arma accipiens ab aliquo tẽpore rixæ, non incurrit pœnã ſtatuti.*

24 Sta-

24 *Statutum armorum non comprehendit milites veros, nec aſportantem cultrum nõ acutum, nu. 25. nec minores, n. 25.*
27 *Duplici pœna an teneatur cõmittens delictum cum armis prohibitis.*
28 *Subditus aſportans arma extra territorium ſtatuentis non tenetur ad pœnam.*
29 *Accomodans arma præſumitur facere ad actum licitum.*
30 *Arma deferens perdit arma etiam ſi in ſtatuto non dicatur.*

Vt armor. vſ. inſc. Princ. interd. ſit. l. vnica.

1 ARma portare abſque Principis authoritate nemo poteſt, hoc dicit, habetur etiam in §. 1. auth. de arm. & in Regno eſſe Conſtitutiones, pragmaticas, & banna nouiſſima teſtatur Campag. in cap. Regni 239. nu. 26. & ſeqq. vide Menoch. de arbit. Iud. caſu 394. vbi à nu. 26. & ſeq. ponit regulam cum ampliationibus, & limitationibus, Farin. in pract. crim. tomo 3. q. 108. num. 3. arma enim deferens malum animum arguit, Bart. in l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi publ. Iaſo. in §. ex maleficijs, nu. 81. inſtit. de act. Vnde Affl. in Conſtitu. Intentionis, dicit, Officiales grauiter peccare ſiuè delinquere, qui indifferenter permittunt arma portare, Duen. reg. 55. lim. 9.
2 Sub qua prohibitione cõprehenduntur, non tantum maſculi, ſed etiam fœminæ, imò magis puniendæ veniũt fœminæ quam maſculi, quia in hoc caſu abutuntur fragilitate ſexus, Suarez cõm. opin. verſ. mulieres, num. 252 Gabr. lib. 6. tit. de verb. ſign. concl. 6. nu. 37. Viu. opin. 808. nu. 7. & alij relati per Farin. loco cit. n. 15. prout etiam comprehenduntur forenſes,
3 Marſil. in pract. §. pro complemento, nu. 23. Clar. Bonacoſſ. & Carrer. de quibus per ipſum Farin. nu. 16. licet num. 17. cum ſeqq. videatur reſtringere circa eos forenſes, qui venerunt ex longinquis partibus, in quibus talia ſtatuta non vigerent, excuſandi venirent, præſertim quo ad pœnam corporalẽ, Cardin. clem. 1. in 6. q. de ſtat. monac. Menoch. conſ. 74 vol. 1. Cęphal. conſ. 350. lib. 3. & conſ. 720. lib. 5. Bertazz. conſ. 308. & conſ. 461. conſ. 46 & 173. Bologn. conſ. 25. nu. 9.
7 & ſeq. & ita pariter compre-

prehenduntur tàm ignobiles,quàm nobiles, Tiraq. de nobil.cap.20.num.67.nobilibus enim imponitur pœna ducatorum mille, aut relegationis per triennium, vt habetur in d. pragm.1.& ſic etiam ſub hac prohibitione veniunt tàm offenſibilia,quã defenſibilia,d.§.t. authen.de arm.Tuſc.vbi ſupra,& Mut. ſuper pragm.Regni,Sic, tit. de armis prohib.n.5. & ſeq. plene Nouarius frater in prag.1.de armis,& quid veniat appellatione armorum, D.Ricc.dec.130. & 158. p.3. Item cõprehenduntur plũbatæ, vt per prag. Regni 5. de armis, quę confirmata fuit per Ill.& Excell.Ducem Albæ noſtrum Proregem, prohibendo hæc per particularem pragmaticam, per
5 quam fuit prohibitum, nec poſſe domi retineri, licet in Curia Archiepiſcopali deciſum contrarium ſit, in retinentibus arma iure pignoris, vel per modicum tempus, teſte D.Ricc.deciſ.172. par.3.prout etiam huiſmodi armorum prohibitio cõ-
6 prehendit,& ligat aſportantem illa ſub nomine alieno, Nouar.frater in prag.Regni 28.de armis,qui in terminis cõcludit, prohibentẽ aſportare arma cenſeri prohibitum illa aſportare nomine alieno, ſequitur idem Dom. Ricc. in dec. 211. p. 3. & an comprehenduntur retinentes arma domi,idẽ dec.209.
7 p.1.qui affirmatiuè,ſed quid in retinente arma non domi ſed in hoſpitio, affirmatiuè, idem dec.291.p.3.

8 Qui verò non comprehẽduntur ſub huiuſmodi prohibitione, Dicas primò,non comprehendi delatores gladij paruuli,& cultelli longitudinis palmi vnius ad incidendum panem, & pennas, Vrſill.ad Affl.dec.57. num.8. Clar.in pract.§.fin.quæſt.82. Tuſc.concluſ.514. & plures alij quos referendo ſequitur Muta loco cit.num.51.& 52. vbi in bannis loquentibus de delatione armorum non venit cultellus ad incidendum panem, vel temperandos calamos, ſecus autem de percuſſione, quia tunc vtiq;venit ex Bart.in l.1.n.2. ff.de vi publ.

9 Secundò,non comprehenditur, qui habet licentiam ſiuè priuilegium portandi arma, cùm arma deferens mediante licentia ſuperioris moleſtari nequit, Pariſ. conſ.171.nu.18. vol.4. Scias tamen quod habens pote-

ſtatem portandi arma, non poteſt illa deferre coram Iudice, ſecundum Ang. in l. qui dolo malo, ff. ad l. Iul. de vi publ. Viu. dec. 287. nec
10 illa poterit portare in publico Conſilio, & conuocata Vniuerſitate, idem Angel. in l. 3. ff. eod. Bald. in cap. 1. §. ſi quis ruſticus, de pace tenen. Gram. d. Conſt. Regni, Intentionis, nu. 20. & ſi priuilegio portandi arma abuſus quis fuerit, vulnerando, & percutiendo, punitur pœna aſportationis armorũ, & de percuſſione ſeu de vulnere, cùm per abuſum perdat priuilegium, Affl. in d. Conſt. Regni, Intentionis, in 8. notab. Carrer. in eius pract. verb. item eorum qui manifeſtam violentiam, num. 11. Baiard. ad Clar. q. 82. nu. 75. Hyppol. in pract. crim. §. pro complemento, nu. 9. Et habens licentiam portãdi arma prohibita, an poſſit deferre archabuſcettum, latiſſimè Farin. conſ. 45. vbi pro affirmatiua opinione conſuluiſſe, & in fine ſecundũ eam fuiſſe iudicatum teſtatur, ſed an Domini Terrarum poſſint eorum ſubditis concedere licentiam portandi arma per eorum territorium. Farin. in praxi crim. tomo 3. quæſt. 108. num. 129.

11 Tertiò, non comprehenditur qui fuit tantum viſus arma aſportare, ſed requiritur vt ſit apprehenſus, in terminis Marta dec. 80 nam ſtatutum prohibens arma aſportari, non habet locum, niſi quis cum effectu capitur cum armis, Bart. & Angel. in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi publ. Tur. alleg. 38. n. 15. & licet nonnulli dixerint, quod ſi ſtatutum loquatur de inuẽcto cum armis requiratur captura, alias ſi loquatur de portante arma, poſſit ẽt fieri probatio per teſtes, licet non capiatur, vt per Peguer. dec. 53. Marſil. ſing. 395 Menoch. de arbit. Iudic. caſu 394. nu. 49. Tamen communis praxis ita in ſe habet & ſic eſt in obſeruantia, vt nunquam puniatur etiam conuictus, quod aſportauerit arma, niſi cum effectu fuerit captus, & inuenctus. Carrer. in praxi crim. in repet. l. 2. C. quor. appell. non recip. in textu ibi, item eorum, nu. 22. vbi dicit idem ſeruari in prohibitione de non eundo de nocte abſque lumine; nãm intelligitur ſi fuerit inuenctus, & captus, & quod requiratur captura in materia armorum, vide Ca-

Caualc.de braech. Reg. p.1. nu.112. cum ſeq. vbi de alijs D. meus Riccius obſeruandiſſimus dec.359. Gutt.li.1. pract.qq.12.num.15.& quod prima opinio Peguer. non obſeruetur in M.C.V.videndus eſt Mart.dec.80.& idem D.Ricc.dec.257.p.2. & facit quod inquit idem D. Ricc. dec.6.p.4.vbi literæ Sanctiſſimi directæ Ordinario huius Ciuitatis, vt abſq; metu irregularitatis valeat conſignare Curiæ ſeculari laicos deferentes arma in habitu clericali repertos non procedit in eis, qui fuerunt viſi deferre.

12 Sed ſi quis fuerit inuentus cum armis,& aufugiẽdo ſe reduxerit ad locum tutum, in quo nō poteſt capi, an poſſint auferri arma, Gomeſ.ad l.Tauri 45 nu.48. Foller.in pract. crimin. Can. cap.37.num.30. Couarr.var. reſol.c.20.ſub nu.18.Baiard. ad Clar.§.fin.q.30. nu.4. qui pro negatiua opinione tenent, contrarium tamen affirmat Rodulf. de poteſtate Princ. q. 36. Et ſi ad pedes aliquorum fuerint inuenta arma, & ignoratur quis aſportauerit, nemo punietur Hypp.rub.de prob.num.43. Carrer.vbi ſupra num.25. & Menoc.de arb.Iud.caſu 394. in addit. & ad materiam inuentorum cum armis,vide Cum.rit.Sicil.cap.60.vbi nu.17.quærit,vt captus cum armis, an dicatur qui captus euaſit, vel qui tantum fuerit retentus,& facit à ſimili quod euadens à manibus familiæ, tunc gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, quando liber euaſit, ſecus verò quando detẽtus à birruarijs, vna ſimul ſe in Eccleſiam proiecerunt, vt ſic fuiſſe deciſum in Curia Archiepiſcopali refert Nouar. frater in prag. 4. de arm.

13 Non tamen tenetur pœna delationis armorum, qui cū illis captus euaſit, ſed tantum qui fuerit retentus, Cum.ritu Sicil.cap.60.n.17. tria enim requirūtur adhoc vt ſtatutum de repertis cū armis locum habeat, ſcilicet quod cum armis fuerit inuentus, quod ſit captus, & quod ſit ductus in carceribus,& quod intus ſit clauſus,voluit Caualc. de brach. Reg.p.1.nu.217.vnde non tenetur pœna præfata, qui in fuga arma proiecit,& in fuga fuit captus.

14 Quartò,non comprehenditur baiulus qui extra mœnia poteſt arma portare, &

T 2 etiam

etiam intra menia, ſi poſſit cognoſcere de aſſiſijs, ponderibus, & menſuris, vt declarat Anna in repet. Conſt. ſi quis aliquem, nu. 23. cum ſeqq. poſt conſ. Ann.

15 Quintò, non comprehenditur is, qui vtitur pectoris tutamine, vulgò, pietto à botta, D.Ricc.dec.212.p.3. nam non veniunt niſi arma apta ad nocendum, Mendel. conſ.29. Borrell.de magiſtr. lib.3.cap.17.vbi appellatione armorum non veniunt ſcuta, gladii, & galeæ.

16 Sextò, non comprehendũtur deferentes arma pro proſequutione bannitorum Caball.reſolu.crim.caſu 45. & an comprehendantur qui vtuntur armis in caſu licitæ defenſionis, idem caſu 652. vbi negatiuè; vndè arma poſſunt aſportari per vicinos, qui tenentur ſuccurrere vicinis acclamantibus, vel pro alijs, ad quorum defenſionem tenentur, idem

17 caſu 62. & an pœna delationis armorum procedat contra eum, qui fert arma magiſtro cauſa accomodãdi, idem D.Ricc.dec.167.p.1. Baiard.ad Clar. q.82. nu.74.

18 & quod in edicto non comprehenduntur aſportantes ſclopum nouum ſine puluere, claui, & palla, idẽ dec. 19.

19 par. 3. & quod comprehendat accettullum, idem deciſ.130.par.3. & quod inclu-

20 dat eos, qui mandato domini arma aſportant, idem dec.211.pas.3. vbi ſic refert iudicatum in Curia Archie-

21 piſc. Et ſi quis non aſportabat arma, ſed tempore delicti & rixæ, accepit arma ab aliquo, quibus memento temporis vſus fuerit, an teneatur pœna aſportationis armorum, idem dec.209.n.2. par.1. & in collect. 691. habuit in facto D.meus Genitor V.I.D. Ioan.Dominicus Nouarius in cauſa N. Pyrri Aloyſij de Sancto Angelo in Terra Bernaudi, & pro negatiua opinione conſuluit Bertaz.conſ.141. & 331.n.37 Baiard.ad Clar. q.82.nu.74. verſ.item adde contrarium, tamen defendit Rodolf. de Poteſt.Princ.q.34.cuius opinio plurimis rationibus fulcitur.

23 Octauò, Clerici non ligãtur pragmaticis armorum, niſi quo ad amiſſionẽ, Sair. dec.48. de ſentent.excomm. contra deciſ. Peguer. 55. & quid ſi in vagina adſint ornamenta pretioſa, an etiam illa poſsint auferri affirmatiuè Affl.relat. per Rouit. in prag.6.

prag.6.de cleric. ſaluat. n.2. ſed quomodo clericis ſit prohibita aſportatio armorum, vide D.Ricc.collectan. dec.1135.& quod poſſit clericus ſpoliari armis prohibitis abſq; metu excommunicationis à Iudicibus ſecularibus, vel eorum miniſtris Diaz in praxi crim.can. fol. mihi 227. prout etiam clericus inuentus in piſcatione, vel venatione prohibita poterit à Iudice ſæculari ſpoliari auibus canibus, & alijs inſtrumentis, Craſſ. de effect.cleric.effect.1.nu.863.

24 Nono, non comprehendũtur veri milites, vt per Muta ſuper cap.Regni 53.n.37. & in prag.Regni tit.de arm. prohib. nu.48. vbi tàm tempore belli, quàm illo finito licitum eſt eis arma portare, ex Duen. reg. 15. limit.5. Menoch. de arbit. Iud.lib.2. caſu 394.nu.67. Bertaz.conſil. 192. Tu autem nota, vt militibus nouę militię nõ ſit permiſſum portare ſcoppittas, archibuſcios carricos intus habitatum, Capibl.de Baron.prag.3.n.25.

25 Decimo, non comprehenduntur aſportantes cultrũ non acutum, qui vulgò dicitur, ſenza ponta, nàm pragmatica contra deferentes arma non habet locum in deferentibus cultrum, qui non eſt in vſu nocendi, plures refert D.Ricc.148.par.4. & facit deciſio eiuſdem 212. par.3.

26 Vndecimò, non comprehenduntur minores 18. annorum, D.Ricc.dec.215.p.3. nàm ſtatutum loquitur de maiore 18. annorum, & ſic veniunt excluſi minores, cũ vnius incluſio ſit alterius excluſio, vuulgata, l.qui accuſare, ff.de accuſat. cap.cum dilectus, de accuſat. l.cùm prætor, ff.de iudic. l. cùm maritus, ff.de procur.l.quãuis, C. de pignor. Menoch. conſ.106.num.314.Surd.dec. 195.nu.12. dec.291. num.20. Macer.reſolut.1.nu.10.lib.1. late Tuſc.concl.71. lit.I. vndè cùm ſtatutum loquatur generaliter de maiore non debet intelligi de minore, arg.l.de pretio, ff.de publ.in rem act. l.in fraudem, §. fin. ff.de teſtam.milit.Surd.conſil.271.n.28. Valaſc.conſ.113 nu.21. D.Ricc. in praxi var. reſolut.419.nu.1.& dec.605. nu.2.& ſi voluiſſet minorem obligare expreſſiſſet, iuxta reg.l.vni, §.ſin autem, C.de caduc.toll.cap.ad audientiã il ſecondo, de decim.c.2.de translat.prælat. Gutt.pract. lib.3.

lib. 3. q. 22. nu. 7. Surd. dec. 88. nu. 4. & dec. 322. nu. 22. Gonzalez ſuper regul. Cancell. gloſ. 9. §. 1. nu. 33. & glo. 42. num. 11.

27 Pro choronide tamen huius diſpoſitionis, ſciendum eſt, vt commiſtens delictum cum armis prohibitis non tenetur duplici pœna, ſcilicet pœna delicti, & aſportationis armorum, ſed ſolum delicti, quia aſportatio armorum confunditur cum delicto, Clar. in pract. crim. q. 84. nu. 4. & Marſil. conſ. 51. D. Ricc. collect. 1130. in fine, & deciſ. 306. & vide optimè Mutã loco ſuperius citato, num. 63. qui infinitos allegat.

28 Prout etiam eſt notandũ, quod ſubditus aſportans arma extra territorium ſtatuentis, non teneatur ad pœnam, per ea quæ refert D. Ricc. dec. 124. par. 1. hinc ædictum de vita, & honeſtate clericorum emanatum ab Epiſcopo, non habet locum in aliena Diœceſi contra ſuos ſubditos, Genuenſ. dec. 98. num. 4. & ſic pariter Epiſcopus nequit excõmunicare ſubditum extra ſuam Diœceſim, gloſ. in cap. nouit de offic. deleg. D. Ricc. reſolut. 192. p. 2. & facit textus in cap. vt animarum, de cõſtit. in 6. & in cap. ſtatutum, §. in nulloquoq; de reſcript. in 6.

29 Nec deſinas animaduertere, quod accomodans alicui arma præſumitur accomodare ad actum licitum, Ioſeph. Ludou. dec. Peruſ. 31. nu. 8. & ideò ſi ſequatur homicidium, non tenetur, ibidem nu. 10. & ſi accomodatus armis fuit captus, an perdat ipſe arma, vel accomodans, poſſit illa recuperare, ibidem nu. 9. vbi quod poteſt accomodans recipere pretium armorum.

30 Sciaſque pariter, quod deferens arma contra prohibitionem ſtatuti, debet perdere arma, etiam quod ſtatutum hoc nõ dicat, Bar. in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi publ. Viu. dec. 287 nu. 4. Baiard. ad Clar. q. 82. nu. 63. vbi nu. 50. ſi habens arma venenata, magis punitur.

31 Vltimò, concludendum eſt, vt non poſſint Marchiones, Comites, Barones, nec Iuſtitiarij, licentiam concedere alicui perſonæ portãdi arma prohibita, ad trata per Muta loco cit. nu. 69. ex eo, quod hoc videtur ſpectare ad Principem, ex quo fuit deciſum in Curia Archie-

chiepiſcopali Neapolitana. Epiſcopum non poſſe impartiri licentiam Clerico aſportãdi arma, teſte Dom. Ricc. in dec. 257. p. 3. vbi quęrit, quid ſi Clericus haberet inimicitias.

SVMMARIVM.

1 *Munera ſubire non tenetur agricola tempore meſſis, vel vindemiæ.*

2 *Agricoltura priuilegia multa ſunt.*

De agricolis, & cenſibus, & colonis. l. prima.

1 Tempore quo agricola inſiſtit ſationi, vel meſſi, vel vindemiæ non vocatur ad munera extraordinaria, ſed excuſatur h. d. vide Genuenſ. pract. Eccleſ. q. 323.
2 & hoc ratione agriculturæ, cuius priuilegia ſunt ampla vt eſt videre apud Mutam ſupèr prag. Reg. tit. de prohib. macell. anim. fol. 485. n. 6 & 10. Borrell de ſentent. & exeq. tomo 2. a nu. 377. vſque ad finẽ, Villalob. com. opin. fol. 104. cum ſeqq. idem Borrel. in ſumma tomo 2. tit. de fer. nu. 94. Caput. de regim. Reipubl. cap. 8. nu. 22. f. 262. addentes ad prag. 1. de beſt. baccin.

SVMMARIVM.

1 *Coloni non tenentur ad collectas pro eorum prædijs.*

2 *Conductores ad longum tempus collectas ſoluunt.*

3 *Coloni tenentur ad collectas ſtãte conſuetudine.*

4 *Partionarij an teneantur ad collectas.*

De agricolis, cenſit. & colonis. l. hi pœnes.

1 Coloni ſiuè conductores prædiorum tãm vrbanorum, quàm ruſticorum, non tenentur ad collectas h. d. de quo vide plenè per Caroc. de locat. & conduct. tit. de collect. & ratio eſt, quia colonus non dicitur poſſidere, ſed detinere, Alex. conſ. 35. col. 2. lib. 4. Vndè ſi colonus ad eas ſoluendas fuerit aſtrictus poterit poſtea eas à Domino repetere Bald. in l. cùm duobus, §. ſi in coeũda, ff. pro ſocio, Rolan. conſ. 79. nu. 12. lib. 4. quos ſequi-

quitur, ac refert Felic. in tract. de ſociet. cap. 27. n. 46. ſubdens pro maiori textus corroboratione adeſſe conſuetudinem, vt colonus non teneatur ad collectas, ex Boſſ. in tit. de Princ. nu. 120. & quod ſtatutum artans colonos ad ſolutionem collectarum ſit iniquum, dixit Roland. loc. cit. nu. 11. & alij per eum relati.

2 Limita primo, non procedere in conductore ad lõgum tempus, Nact. conſ. 36. lib. 1. Chaſſan. tit. des droit. rubr. 4. §. 6. glo. 11. nu. 8. Tepat. tit. de collect. fol. 322. col. 2. in fine.

3 Limita ſecundò, quando eſſet cõſuetudo in cõtrariũ l. 4. infra eod. tit. noſtro, & hoc virtute conſuetudinis.

4 Sed an hoc procedat in colono partionario, vide Cap. blanc. ſing. 23. vbi ait, colonum partionarium teneri ad collectas pro parte fructuum ſibi ſpectantium in cõtrarium, Tamen eſt cõmunis opinio relata per Caroc. d. tit. de locat. n. 6.

SVMMARIVM.

1 *Colonus fugiens à Domino bona fide poſsidenti primò ei reſtituitur.*

De agricol. & cenſit. l. ſi coloni.

1 Colonus fugiens à Domino ſiuè à bonæ fidei poſſeſſore, debet ante omnia reſtitui domino, & poſtea cauſa originis, & proprietatis agitatur, h. d. & hoc eſt introductum fauore agriculturæ, cuius nonnulla ſunt priuilegia, vt eſt videre in l. prima, eod. tit. ſed ſi aliqua appetis pro intelligentia huius textus vide cumulata per Caroc. de locat. & conduct. p. 1. q. 3. tit. colon. recuper. vbi ampliationes, ac etiam limitationes plurimas adducit.

SVMMARIVM.

1 *Coloni pendente lite ſuper fundo locato, an ſoluere debeant penſionem.*

De agricolis, & cenſit. l. litibus.

1 Colonus nõ tenetur ſoluere penſionem, vel partem fructuum, ſi lis erit ſuper fundo ei locato, ſed depoſitum debet facere, vel offerre ſatiſdationem de ſol-

ſoluendo cui, & quando, nè dicatur in mora adde Seſſ. de inhibit. cap. 4. §. 8. & Henriq. de fideiuſſ. cap. 5. nu. 328. & Gutt. pract. qq. q. 133. li. 1. vbi latè.

SVMMARIVM.

1 *Enunciatiua verba in confeſſione, vel ſcriptura, non probant.*

2 *Adſcriptitij homines qui ſint.*

3 *Confeſſio geminata adeo probat vt excludat exceptionem non numeratæ pecuniæ, vt n. 4.*

5 *Confeſſio geminata an reuocari poſſit, remiſſiuè.*

De agricol. & cenſit. l. cùm ſcimus.

1 DIſponitur per textum hunc, ſolam confeſſionem vel ſcripturam, in qua quis enunciatiuè, ſe alterius adſcriptitium aſſeuerat non præiudicare, nec ſtatū mutare, niſi ſit alijs adminiculis approbata, vel geminata.

2 De hac materia hominū adſcriptitiorum, videndus Capyc. dec. 168. nu. 2. qua omiſſa deuenio ad practicabilem nempè confeſſionis geminatæ, quæ etiam quod ſit extraiudicialis producit

3 actionem, Abb. in cap. ſi cautio, de fide inſtrum. in fine, in cap. per tuas, de arbit. in repet. col. 9. Caſtr. in l. publica, §. fin. ff. depoſ. cùm verba geminata maiorem vehementiam inducant, quā ſimplicia, Peregr. de fideic. art. 24. n. 48. Med. in reg. iur. p. 1. reg. 3. Cęned. q. 20. nu. 20. Tuſc. lit. g. concl. 28. nu. 163. licet vnico contextu prolata, Rimin. Iun. conſ. 556. n. 31. & enixā voluntatem demōſtrent, l. baliſta, ff. ad Trebell. Menoch. conſ. 1046. num. 2. & 1036. num. 8. Surd. conſ. 1058 nu. 2. Latioremque vim habet geminatio Seſſ. dec. 182. num. 16. Maſcard. de probat. concl. 838. nu. 1. Ambroſ. deciſ. 3. nu. 18. & dec. 19. nu. 23. & dec. 33. num. 5. Tuſc. concl. 28. lit. V. Menoch. de arb. iudic. caſu 213. nu. 37. Mant. de tac. & ambig. conu. lib. 19. tit. 2. nu. 6. Macer. var. reſolu. lib. 1. reſ. 61. nu. 6. quod adeo

4 verum eſt, vt excludat etiā exceptionem non numeratę pecuniæ, Abb. in cap. ſi cautio, & ibi Fęlyn. de fide inſtr. n. 39. Bal. in l. in contractibus C. de non numer. pecunia; & ſic etiam pactum nudum geminatum parit actionem, l. 1. §. debitum, de conſtit.

V pe-

pæcun. Bal. in l. fin. C. ad leg. falcid. & in l. petens, C. de pact.

5 Sed an confeſſio geminata poſſit reuocari, vide Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 75. nu. 72.

SVMMARIVM.

1 *Colonia ius perpetuum quomodo acquiratur, & eius effectus, num. 2.*

3 *Coloni qui fundos ſteriles Eccleſiæ fertiles reddiderint expelli non poſſunt, quod limitatur nu. 6. & quid dicendum in locatione decimarum, n. 4.*

5 *Coloni territorium Baronalium nemoroſorum, non poſſunt expelli.*

7 *Ius perpetuum coloniæ, vt inducatur quæ requiruntur.*

De agricol. & cenſit. l. quicumque, la 2.

1 EX hoc textu habes quomodo acquiritur ius perpetuum coloniæ, & ſic quando quis excuſſit terras ad ferrum, & ignem, & ex nemoribus incultis reduxit terram ad culturam dicitur acquiſitum ius coloniç perpetuum, vt in cap. ap aures, de reb. Eccleſ. non alien. quo caſu coloni, qui fundos ſteriles, ſyluoſos, ac paludoſos

2 ſua cultura fertiles reddiderint, nullo modo poſſunt expelli, Anna ſingul. 264. & Tur. alleg. 23. Capibl. ſing. 4. & ſing. 72. nec eis penſio augeri, vt ex facto reſpondit Caſtr. conſ. 387 num. 1. lib. 2. Curt. Sen conſ. 47. nu. 7. & 8. Ruin. conſ. 131. num. 15. lib. 1. & Menoch. conſ. 36. num. 11. quia nimis abſurdũ, ac iniquum eſſet eos, qui agros ſteriles ſuis laboribus fertiles, & fructiferos reddiderunt poſſe expelli, ita vt doleant operas ſuas dediſſe agrorum culturæ, & diligẽtiam ſuam ſibi eſſe damnoſam, l. fin. C. de allu. & palud. lib. 11. & l. pen. hoc. eod. tit. noſtro, quod in prædijs etiã

3 Eccleſiarum locum habet quamuis alienari non poſſunt, d. cap. ad aures, cum glo. de reb. Eccl. non alien. & ita in conſulendo, & iudicãdo ab hac ſententia non eſſe recedendum, tradit Bero. conſ. 98. nu. 13. lib. 1. & iuxta hanc opinionem fuiſſe iudicatum in vna Cluſina exemptionum die 12. Febr. 1588. coram Mantica, teſtatur idem in tract. de taci. & ambig. conuenct. tit. locati, & conducti q. 2. nu. 59. Genuen. in

in pract. Eccl. q.77. ſubdens idem fuiſſe dictum in colonis partiarijs, tamen ſi ius
4 quodam ſocietatis cum eis contractũ videatur & obiectis fuiſſe reſponſum, & an idem procedat in locatione decimæ, & iuris ſpiritualis, Peregrin. conſil.74. lib. primo.
5 Prout etiam ruſtici, qui coluerunt territoria baronalia nemoroſa nullo modo poſſint expelli, per tex. in l.prædia, C. de locat. præd. ciuil.li.11.quem allegat Anna ſing.461.
6 Et licet coloni perpetui expelli nequeant, poſſunt tamen expelli propter malam verſationẽ ſeruatis ſeruandis, & cõſtito corã Iudice de ea, ita fuiſſe iudicatũ in vna Cluſina terrarũ die 26 Iunij 1595. teſtatur Seraph. dec.1142. tomo 2. Sed quando dicatur colonus malè verſari, hoc relinquitur arbitrio Iudicis, & requiritur quod ſit in proprietate, & non in modica, & ſit cum dolo & culpa ſaltem læui, nam de læuiſſima ratio non habetur, Alex.conſ.129.li.2. & 118.nu.10.lib.5. Menoch. de arbit.Iud.caſu 78.num.6. dixit Seraph. dec.1175. p.2. inquiens ſufficere, quod coloni colant iuxta conſuetudinem loci.
7 Quæ tamen requiruntur ad inducendum ius perpetuæ coloniæ, vide Affl.deciſio.365.& Crauett.de antiq. temp.p.4. nu.100. cum ſeqq. & iuxta eorum opinionem dicas plura requiri, primò, quod fiat locatio per locatorem de re propria; ſecundò, quod conductor rem cõductam retinuit per ſpatium triginta annorum, Gozad.conſ.9.nu.8. Affl.in cap. 1. §.præterea ducatus, nu.43. de prohib.feud.alien. per Ruin. conſil. 75. num. 2. lib. 1. & alij relati per Marzar.conſ.16.nu.1. dicens, ab hoc non eſſe omninò recedendum, quidquid dixerint Crauet.& alij. Et tertiò, requiritur, vt ſolutio mercedis fuerit vniformis, Ang in l.ſi malè agitur, C. de præſcript. triginta, vel quadraginta annorum, & de hac materia vide dec.Peruſ.106 & Magon.deciſ.Flor.12.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio textus.*
2 *Afflictus Baronum debent potius ſuis vaſſallis quam exteris concedi.*
3 *Vaſſallus colonus tenetur potius*

Vendere frumentum Baroni, quam alijs pro aequali pretio.

4 *Vaſſallus non poteſt deſerere culturam rei feudalis Baronis, & colere extra territorium.*

5 *Ad quem ſpectat incommodum, ſpectat pariter commodum.*

6 *Commodum cum incommodo compenſatur.*

De omni agro deſerto. l. 1.

PRædia deſerta decurionibus loci, cui ſubſunt aſſignari debēt cum immunitate triennij, & ſi inſufficientes ſint ad dicta onera ſufferenda, debent diuidi & poſſeſsionibus fertilibus aſſignari h. d. ex quo textu colligitur affictum Baronū, quæ pro maiori parte con-
2 ſiſtunt in territorijs, debere potius ſuis vaſſallis, quàm exteris concedi, Frecc. author.41.circa medium f.371. Vbi ſi Dominus feudi vellet potius exteros admictere ad culturam feudi, quam ſubditos, ferendus non eſt,& plura per eum adducuntur, quæ nè deſcribere videar omicto, Tamen vide quæ adduntur ad l. congruit, & l.prædia, C. de locat. præd. ciuil. lib.11. l.neceſsè de in diem addict. & Roman.conſil.22.
3 Ratioque huius concluſionis eſt, nā vaſſallus ſiuè colonus frumentū pro æquali pretio potius Baroni vendere debet,quàm alijs,vt in l.1.C.de metall.lib.11. Affl.in prælud.conſt.& Gratian.deciſ. 77. & vaſſalli culturam
4 territorij feudalis Baronis deſerere nequeunt colendo extra territorium, Luc.de Penna in l. 2. C. de ceſſ. & cenſit.lib.10.& in l.generali col.1.de decur.& alij, vt ibi per eum,& ideo Baro,& vaſſallus à pari iudicari debēt, ſecundum Affl. in Conſtit. Si vaſſallus à Domino,de fide iuſſ.lib.3.poſt nu.18.fol.143. & inter vaſſallos & dominū ſemper debet ſeruari æqua-
5 litas, & commoda illum ſequi debent,quem & incommoda ſequuntur, vt per Tuſc.in concl.374 lit.V.& omne incommodum cum ſuo onere pertrāſit, l.cùm Fiſco
6 ff. ad Syll. & incommodum cum alliquo incommodo compenſari debet, l.1.§.fin. ff de aq.pluu.arc.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Baro habet ius paſcendi vti primus Ciuis; & poteſt tenere tot animalia, quot tenent duo Ciues mediocres, n.2. & quid ſi non haberet cauſas criminales, 3.*

4 *Epiſcopus habet ius paſcendi in locis ſuæ Diœceſis.*

5 *Clerici habent ius paſcendi.*

6 *Paſcendi ius non competit in territorijs banditis.*

7 *Paſcendi ius præſcribitur tempore immemorabili.*

8 *Vniuerſitatis maior pars non præiudicat minori in paſcuis.*

9 *Paſcua communia habentes, petere poſſunt diuiſionem.*

10 *Paſcendi ius habens, an poſſit aquare.*

11 *Paſcendi ius manuteneri debet exiſtenti in antiquiſſima, & continuata poſſeſſione.*

12 *Paſcua prohibentur forenſibus habentibus ius paſcendi, ſi non ſufficiant pro ciuibus, & quid ſi eſſet timor non ſufficiẽdi in futurum, nu.13.*

13 *Paſcuorum venditor, vel locator, habet hypotecam pro pretio ſuper animalia.*

De paſcuis publ. & priu. in rubrica.

PRo ornatu huius noſtræ rubricæ nonnulla ſunt
1 obſeruanda, & Primo Baroni non competit ius paſcendi vti Baro, ſed vti primus Ciuis ſic Francus deciſ. 293. & ibi additiones nouiſsimæ & dec. 301. Tamen paſcere debet congruè nè tollat vſũ Ciuium, Couarr. pract. q. 3. cap. 37. idemque procedit in ciuibus, Anna ſing 80. Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. centur. 5. caſu 245. ſed non habet facultatem fidandi exteros, inquit Capibl. in prag. 11. n. 19. & quod Baro poteſt tenere tot animalia, quot te
2 nent duo ciues mediocres, Couarr. loco cit. Aloyſ. de Leo in l. 1. C. ſi aduerſ. vendit. nu. 14. licet Capibl. nu. 28 ſit in opinione, quod remictatur arbitrio Iudicis, habito reſpectu ad quantitatem herbagij, & ad numerum animalium Baronis, & Ciuiũ per deciſ. Franc 197. & ſi nõ adſint Ciues Baro adhuc debet habere ſuum vſum arbitrio Iudicis, prout arbitratus eſt V.I.D. Io. Dominicus Nouarius meus genitor dilectiſſimus in Terra Milionici

Digitized by Google

nici de anno 1624. in qua Ciues non habebant animalia, & vtilis dominus habebat, & decreuit poſſe retinere 2000. oues, dùm territorium erat capax 30000. & quod diuideret animalia Baro in paſculo Terræ Salandræ, & Calciani, in quibus erat Baro.

3 Sed an Baro non habens cauſas criminales, habeat iura baronalia, & paſcua ſumēdi, vide Capibl. prag. 12. nu. 36.

4 Secundò, Epiſcopo competit ius paſculandi in territorijs ſuæ Diœceſis, eadem ratione, quia dicitur primus Ciuis, Guid. Pap. deciſ. 631. & vti ciuis poteſt paſcere eius animalia, Anna ſingul. 365.

5 Tertiò, clericis competit ius paſculandi pulchrè Larатha conſ. 95. nàm appellatione ciuium veniunt clerici Panormit. in cap. cùm tibi, de verb. ſignif. & clerici ita ſunt in hoc caſu vti laici, & veniunt appellatione populi, l. 1. C. de ſumma Trinit. & Fide cathol.

6 Quartò, ius paſculandi nō competit in territorijs bāditis Lucas de Penna in l. quicunque, C. eod. tit. noſtr. & conſequenter paſculans in loco bandito, ſi adſit pœna tenetur ad pœnam & dānum, Anna ſing. 138. vbi ait, damnum poſſe excedere pęnam, & ſi animalia damnum non fecerint etiam ad pœnā tenentur licet moderatam, ſed quid nam prius ſoluere tenetur pęnam vel damnū, idē ſing. 139. exiſtimat prius damnum, & deinde pęnam ſi remaneat facultas, & an ad hāc pœnā teneantur pecora errantia, Lucas de Pen. in d. l. quicunq; & Lanar. conſil. 97. nu. 13.

7 Quintò, ius paſcendi pręſcribitur ſpatio tanti temporis, cuius memoria hominum non extat in contrarium, Dec. conſ. 483. in fine, Guid. Pap. deciſ. 573. quia ius paſcendi eſt ſpecies ſeruitutis, & non præſcribitur minori ſpatio, quam immemorabili, Myſing. obſeruat. 54. cent. 4. latè Dom. Ricc. collect. dec. 1072. Couarr. var. reſol. cap. 17. nu. 11. verùm, quando ius paſcendi interueniſſet cum aliqua ſolutione, tunc ſufficit ſpatium decem annorum, Anna ſing. 294.

8 Sextò, in paſcuis maior pars Vniuerſitatis non poteſt præiudicare minori, Franc. dec. 197.

9 Se-

9 Septimò, habentes paſcua communia poſſunt petere diuiſionem, Amend. ad Frāc. dec. 2. nu 24. Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. caſu 243. Theſſaur. dec. 71. & 72. Caualcan. dec. 4 p. 2.

10 Octauò, habens ius paſcēdi, non poteſt aquare animalia, vide Rouit. in prag. in rub. de paſcuis, num. 9 Sed latè contrarium defendit Nouarius frater quæſt. forenſ. q. 23.

11 Nono, ius paſcendi in aliquo loco manuteneri debet ei, qui eſt in antiquiſſima, & continuata poſſeſſione, Seraph. deciſ. Rot. Rom. 971. tomo 1.

12 Decimo, paſcua poſſunt interdici forenſibus habentibus ius paſcendi, quando non ſufficiunt pro ciuibus, ex deciſ. Affl. 290. quam ſequuti ſunt Surd. deciſ. 236. n. 20. & 3. & in tract. de alim. tit. 7. q. 8. nu. 5. & 6. Valaſc. deciſio. 192. nu. 5. Ripa obſ. 332. & 333. latè Campag. in cap. Regni grauamina, num. 72. & ſeq. Thor. in compend. deciſ. verbo, paſcua, ſed quomodo prohibetur paſcua non ſufficere, vide Viſcont. concl. iur. verbo, paſcua, & Campag. vbi ſupra, prout paſcendi communitas poteſt negari, quando paſcua non ſufficiunt pro animalibus ciuium, & Baronis, Bertrand. conſ. 7. vol. 1. quinimò data nulla neceſſitate poſſunt Vniuerſitates ad libitū earum voluntatis recedere ab huiuſmodi communitate, etiam ſi eſſet immemorabilis, Corneus conſ. 48. vol. 3. Koppen. dec. 12. nu. 9. & 10. Auendan. de exequen. mand. Regum par. 1. cap. 4. num. 20. & ſeq. vulgata ratione, quia charitas benè ordinata incipit à ſe ipſo, l. præſes, C. de ſeruit.

13 Sed dubitari poſſet, an ſicut paſcua interdicuntur forenſibus ius paſcēdi, poſſunt pari modo prohiberi, vbi adeſſet timor non ſufficiendi in futurum, & reſpōderi poteſt pro affirmatiua opinione, cùm qua pertranſeo, ex eo quoniam non ſolum eſt habenda ratio ſolius neceſſitatis præſentis, ſed etiam probabiliter futuræ, ſecundum ea, quæ ſolent accidere, vt per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 176. ſub n. 4 lib. 1. verſ quinimò, vbi ſubdit, non ſolum inordinatum eſſe ſi quis tantum ſubtraheret de bonis proprijs, quod de reſiduo non ſufficeret ad videndum ſecundum

ſta-

ſtatum perſonæ, ſed etiam ſi non habeat rationem neceſſitatibus, quæ occurrere poſſent, & ſic futuris, nam ſapientis eſt futuris prævidere, hinc euenit periculnm imminens haberi pro præſente, vnde illi occurri poteſt.

14 Vndecimò, qui locauit vel vendidit paſcua, vel prata habebit hypotecam etiam ſuper animalibus, aut armentis pro pretio fęni, quod fuit conſumptum ab illis, ita vt præferatur anterioribus creditoribus, Caualcan. dec. 44. nu. 48. per tex. in l. interdum, & l. huius, qui pot. in pign. hab. ſic ſeruari per conſuetudinem in Ciuitate Mediolani, fatetur Surd. de alim. tit. 8. priuil. 62. nu. 19. & ratio eſt ob cauſam conſeruationis rei, in qua ſi aliquid fuerit impenſum datur hypoteca, & retentio, l. in rebus, §. poſſunt, ff. comod. Neguſ. de pignor. 3. memb. p. 7. n. 14. hinc dominus fundi locati eſt præferendus in fructibus ex feudo pceptis creditori habenti anteriorē hypotecam cum ipſi ſint tacitè obligati ipſi domino pro penſione, l. in predijs, ff. quib. mod. pign. vel hipot. tac. contrah. Surd. dec. 97. n. 4 Neguſ. de pign. 4. memb. 2. p. num. 147. & 148.

Verum opinio Caualc. nō eſt intelligenda ſimpliciter, ſed neceſsè eſt vt locatio fuerit facta expreſsè in cauſam illam, putò pro impinguandis ſuis ouibus paſculos bouum vel ouium, ſecus autem ſi fuerit facta ſimpliciter, videndus eſt Surd. de alim. priuil. 62. tit. 8. num. 19. & tit. 1. q. 70. nu. 10. quare ad euitandas ambiguitates, eſt aduertendum, vt in contractu admictatur cautela, quod locans, ſiuè venditor faciat ſibi obligare in ſpecie illa animalia, quæ ibi paſculantur, quia tunc præfertur omnibus creditoribus anterioribus, vt à ſimili videmus in mutuo, nam licet mutuans habeat ſolū actionem perſonalem, & nō præferatur alijs creditoribus habentibus hypotecam, vt per Surd. de alim. tit. 8. priuil. 84. num. 4. tamen ſecus eſset ſi interuenire feciſſet hypotecam expreſſam rei mutuatæ, vt per Bertazz. de clauſ. glo. 3. num. 5. clauſ. 34. & Affl. dec. 306. nam præfertur creditoribus habentibus anteriorem hypothecam.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio textus limitatur vt num.3.*
2 *Remiſſio mercedis non fit emphiteutæ Eccleſiæ.*
4 *Emphiteuta ob incendium tenetur ad penſionem.*
5 *Paupertas excuſat à caducitate prouenìente ex defectu non ſolutionis canonis, declara vt num.6.*
7 *Emphiteuta non tenetur ad pẽſionem, ſi propter guerram nulli fructus fuerint percepti.*
8 *Remiſſio mercedis propter quas cauſas concedi debet, remiſſiuè.*

De fundis patrimonialibus, &c. l. quicumque.

1 Patet ex hoc textu, emphiteutam ob ſterilitatem non poſſe petere remiſſionem,& ratio eſt Barr. in l.1. C. de iur. emphiteut. quia emphyteuſis datur ſub quadam penſione modica, quæ percipitur magis ad oſtendendum recognitionẽ dominij, quam in recompẽſationem fructuum, qui percipiuntur, quia idcircò nunquam eſt tanta ſterilitas, quin remaneat maior pars fructuum emphiteutæ, ſequitur Suarez in theſaur. recept.ſentent.5.emphiteuta,nu.106. Theſſ.dec.20.n.1. & ita fuiſſe deciſũ per Collegiũ Paduæ refert Aretin. conſ. 55. col.1. & Cotta in memorabil. verbo, conductor, verſ.licet ſecus ſit, in verbo,emphiteutæ regulariter, eò magis quia debet haberi conſideratio, quod & ſi aliquo anno ſolet eſſe aliqua ſterilitas, tamen ſuppleri poteſt cum annis fertilibus,& vberibus, argum. tex.in l.ſi merces, §. vis maior,ff.locati,Natta conſ.194 vol.1.latè Claper.deciſ.vnica,cauſ.45.licet contrarium tenuerint Gamma deciſ.Luſitan.150.num.2.& Iaſ.in l.1. nu.95.C.de iure emphiteot. vide latè Amic.in tract.de iure emphit.q.39.per totam Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 557. tomo 3. ex quo Genuenſ. in ſuis pract. Eccl.

2 quæſt.72. aſſerit, emphiteutæ Eccleſiæ non fieri remiſſionem penſionis ob ſterilitatem.

3 Limita primo, vbicunque penſio eſſet magnæ quantitatis,Cott.d.memor.emphiteutæ regulariter, contra-

rium tenet Viu.deciſio.500. num.10.& 11. dicens, quod ſi penſio fructibus reſpondeat, non perempta re teneatur ſoluere canonem, vt à contrario firmat Gratian. diſcept.forenſ.cap.195.n.18. cum ſeqq.par.1. vbi emphiteuta liberabitur à ſolutione canonis propter totius rei interitum tantum caſu fortuito contingentem, ex Nacta conſ.377.vbi intelligit dummodò nã ſuperſit area, quæ cenſetur maxima pars domus,l.res,§.aream, ff.de ſolut. tunc enim nedùm tenebitur ad præſtationem integram canonis,ſed etiam ad reficiendum ædificium Surd. conſil. 197. num. 11. lib.2.

4 Circa quam concluſionẽ noſtri textus plura dubitatur; & primò, nùm per caſum fortuitum, vtputà incendium emphiteuta teneatur ad penſionis ſolutionẽ & canonem, affirmatiuè tenet Surd. in dec.198. num.8. contrariam tamen voluit Port. in conſ. 145. & 144. & Medi de caſib. fortuit. p. 1. q 16.n.22.

5 Dubitatur ſecundò, nùm paupertas excuſat à caducitate proueniente ex defectu non ſolutionis canonis, affirmatiuè Burſat.conſ.440 num.20. vol.4. Milanenſ. deciſ.Sicil.17.nu.38. lib.2. Foller. in pract.crim. par.2. ſecundæ partis, verſ. dentur capitula,num.45.in fine, Beninca. de priuil. paup. in 9. ſpeciali contract.nu.9.31.34. & 38.Burſat. conſ.440. n.20. vol.4. Marſil.conſ.10. nu.39.

6 & Frigon.ſing.33. quod procedit, quando non eſſet facta ſolutio canonis ob paupertatem,ſecus verò ſi eſſet ob aliam deteriorationem, nam tunc habet locum textus in Authen.qui rem,C.de ſacroſ.Eccl. ita Milan.d.deciſ.17.nu.42.cum duob.ſeqq. Rodohan.de reb.Eccl. non alien. tit. de caducit. ob re deteriorat.nu 17.fol.505.

7 Dubitatur tertiò, ſi propter guerram nulli fructus fuerunt percepti,an quis teneatur ad ſolutionem pro illo anno negatiuè Cyn.Bar. Bal.Salyc.Fulgoſ.& Modern. in d. l. 1. C. de iure emphit. Bar.in l.interdum, §. quia ex naufragio, ff. de acquir. poſſ.Ioann.Andr.in addit.ad Specul. tit.de locat. §. nunc aliqua nu. 137. Anchar. in cap.potuit,quæſt.11. extra locat.dicens ab hac opinione non eſſe recendum in cõſulendo,& iudicãdo,& quod de

de facto ita ipſe conſuluit, refert & ſequitur Iaſ.in conſil.54. lib.1. col.5. Alex.conſil.112.lib.1.per tot.& tantò magis procedit hoc, quando eſt conſuetudo in loco, quod fiat remiſſio canonis emphiteutæ propter bellũ, Corn. conſ.181.nu.41. lib.2. maximèque excuſat à caducitate,ſi nihil ſoluit propter bellum,quia nil percepit,Iaſ.d.l.1. num.93. Guid. Pap.dec.171.in fine. Tamen Claper.deciſ.vnica q.43.n 4. limitat,non procedere quãdo bellum imminebat tempore conductionis,aut præſens erat, niſi contrarium eſſet conuentum, vt nu. 5.

8 Et propter quas cauſas, ſeu caſus fortuitos concedi debeat remiſſio penſionis domus, vel alterius rei locatæ,ſeù emphiteoticæ, referunt Pinell.in l.2. C.de reſcind. vendit. par. 1. cap. 3. nu.21.& 34.Cott.in ſuis memorabil. verbo, conductor, Ioſeph.Ludou in comm.opi. tit. de iure emphit. concluſ. vnica,verſ.quæ autem ſterilitas, Couarr.pract.quæſtio. cap.30.& lib.4.cap.6. varia. reſolut.Rodoan. de reb. Eccleſ.non alien. quæſt.18. de remiſſ. merced. conductor. vel emphit.facien.Caballin. milleloq.227. latè Caroc.in tract.de locat. & condu.p.3. tit.de remiſſ.merced. Garz. de expenſ.& meliorat. c.14. nu. 9.Caualcan. dec.25.n.59. par.2.Hipol.ſing.134.Seraph. de priu.iuram.priu.84 n.17. Viuius comm.opin. opin.67 Menoch. de arbitr. Iudicum caſu 76.77.80.& 440.Caſſan. in conſuet.Burgund. rub.11. §.2. verſ. bledeq. vinſ. & auſtres,nu.1.collat.1392. vbi à nu. 2. pulchrè refert cauſas ſterilitatis, Capra com.opi. verbo,penſionis,ſiuè & verbo, penſionis remiſſio,vol.1. pag.514.verbo,remiſſio pẽſionis, & verbo, ſterilitas vnius anni, Graſſ.lib.1.com. opin. cap. 14. quæſt. 4. & 5. Mozzius de contract. tit.de locat. & conduct. §. de accidentalibus locationis, & conductionis, num.2.fol.95. Burſat.conſ.81.& 104.nu.21. Alex.conſ.112.vol.1. & 107. vol.3. Natta conſ.49. & 194. nu 4 Gomez.tom.2 c.3.n.18 Gigas de penſion.q.66.nu.7. Hipol.ſing 85.Fuſcus ſing.31 lit.I. Guid.Pap.dec.360. latè Affl.in dec.258. & Lopez in ſtruct.conſcienc.p.2.cap.49. col.385.in princ & cap.50.in princip. etiam Nauar. manuali cap.17.nu.187. vſque ad num.191.vol.1.com.opin.

X 2 pag.331

pag. 331. verbo, Hæreditas ad remiĉtendam penſionē.

Quomodo probetur ſterilitas, vide omninò Claper. deciſ. vnica, cauſa 46. fol. 175 & quæ requiruntur adhoc, vt peti poſſit huiuſmodi remiſſio, idem dec. 1. quæſt. 44. fol. 171.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio textus.*
2 *Munera omnibus generaliter profutura neminem excuſant.*
3 *Clerici tenentur ad ſolutionem medicorum Vniuerſitatis, ſi illis vti velint.*
4 *Clerici tenentur ſoluere mercedem cuſtodibus agrorum, ſed quando.*

De collatione fundorum patrim. & emphit. l. prima.

1 EX hoc textu ibi (nullā enim ratione debent adhoc, quod incommune omnibus profuturum eſt ſeiungi) apertè probatur, ne-
2 minem debere excuſari ab illis oneribus, quæ omnibus profutura ſunt cõmuniter. Hinc infertur ad ſing. Capiblanc. 78. vbi immunitas alicui de iure, vel ex priuilegio à muneribus publicis conceſſa non extenditur vt is non teneatur contribuere in oneribus Ciuitatis impoſitis pro commune vtilitate & commoditate, de quibus ipſe priuilegiatus eſt particeps veluti ſi Vniuerſitas conduceret Medicos magiſtros artium vel paſcua in
3 conuicinio, & ideò Clericos qui ſunt priuilegiatiſſimi teneri ad ſolutionem Medicorum Vniuerſitatis, ſi eorũ opera vti velint, notauit Caſtr. conſ. 424. volum. 2. tract. diſquiſit. cleric. Belleĉt. p. 1. §. 6. nu. 6. prout etiam tenentur ad ſoluendam mercedē
4 cuſtodibus agrorum, & vinearum, Naĉt. cõſ. 311. vol. 2. & Gram. conſ. 102. dummodò ipſi clerici habeāt agros, & vineas, & velint vti eorũ cuſtodia, prout obſeruatur in Terra Piſtitij, nàm vineæ cuſtodiuntur à furibus vuarum per cuſtodes, & ſoluitur mercedis rata per Clericos vt ſupra; & ex his cenſeo pari modo alibi habitantes poſſe cogi ad contribuendum in onere Ciuibus impoſitis pro ſalario Medici cõduĉti per Vniuerſitatem ob medelā ciuium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio textus in l. ne cui, C. locati, explicatur, & limitatur in nonnullis caſibus.*

2 *Conductor rerum fiſcalium præfertur nouis conductoribus, & quid ſi vellet recōducere parte rei, an præferatur volenti conducere totam rem.*

3 *Grauatus in vno, in alio debet releuari.*

4 *Conductores bonorum Reipublicæ, & Communitatis præferuntur nouis.*

5 *Perſonæ miſerabiles præferuntur nouis conductoribus.*

7 *Conductores Eccleſiæ antiqui, an præferantur nouis duæ referuntur opiniones.*

8 *Conductores territoriorum nemoroſorum Baronalium, non poſſunt expelli.*

De locatione prædiorum ciuilium. l.congruit.

1 Licet per tex. in l. nè cui, C. locati ſancitum ſit nouum conductorem præferri antiquo in re locata pro eodem pretio, prout tenent Affl. dec. 238. nu. 5. Caualc. dec. 27. nu. 63. p. 3. Monter. deciſio. 47. Anna conſ. 77. n. 33, de Ponte conſ. 23. Boer. dec. 107. Myſing. obſeru. 23. cent. 4. Chartar. dec. 97. quia huiuſmodi ius impetrandi relocationem non eſt tale, quod artet neceſſariò Dominum, qui ſolum ex gratia hoc concedit, ſi voluerit, nō quod ſit impoſita lex relocandi, & ſic magis precibus eſt impetrandum, quam iure communi concedatur, Boer. d. dec. 107. nu. 4. & Caſtr. cōſil. 32. in fine lib. 1.

2 Tamen huiuſmodi regula limitatur in caſu noſtri textus de quo loquimur, vbi conductor antiquus rerum fiſcalium præfertur nouis conductoribus, Affl. d. deciſio. 238. num. 3. & in cap. 1. verb. vectigal, num. 116. verbo, quæ ſint regalia, Peregr. de iure fiſci lib. 6. tit. 5. nu. 5. fol. 327. Alex. conſ. 80. nu. 10. lib. 1. Tiraq. de retract. lign. glo. 18. §. 1. num. 6. relati per Gratian. diſcept. forenſ. 357. nu. 6. tomo 3. inferens, quod ſi gabellotus gabellæ fiſcalis ſit paratus tantum dare pro futuro anno, quantum alius cōductor præferendus eſt rationabiliter cuicunque ex Affl. de iure prothom. in rubr. in princ. nu. 2. & hoc ius prælationis fuiſſe conceſsū

iſtis

iſtis conductoribus rerum fiſcalium ex particulari priuilegio, voluit idẽ Gratian. nu.8. & poſt alios nouiſſimè Gizzarell.in dec.5. & Caſtil. dec.213.p.2.qui plenè exornant hunc textum,cuius ratio videtur eſſe, nam ſicuti conductores aliquando detinentur inuiti,ita quod cõpelli poſſint ad recõductionis compulſionem, iuxta d.conſil.Anna 77.nu.33. ita etiam ratione æqualitatis ſeruandę præferuntur nouis conductoribus,Curtius Iun. conſ.34.Franc.dec.406.nu.6.
3 quia in vno grauatus,in alio debet ſubleuari, hancque rationem conſiderat Boer. d.dec.197.nu.1. Gomeſ.var. reſol.cap.3. tomo 2.de loca. & conduct.nu.5.in med.Lauden. in tract. de fiſc. q. 148. & Gratian.loco cit.num.14. vbi nu.15. ſubdit vt hi conductores quamuis conducant ad modicum tempus, habent ius in re,quod non eſt in alijs conducentibus à priuatis, quibus nullum ius in re conducta acquiritur, niſi in locationibus ad longum tempus,Bart.in l.1.n.1. ff. de loc. publ. fruc. & in l. emptorem, num.5. C.locati, Bald.in l.1.C.de iur.emphit. Menoc.de reti.poſſ.remed.4 num.35. q.7. Afin.de exequ. cap.39.§.7.nu.7. Quare non eſt mirũ ſi prælatio eſt concedenda ſit concedenda cõductoribus fiſcalibus tanquam habentibus ius in re, quæ denegatur alijs priuatis,& de hoc vide nouiſſimè Gizzarell.dec.5.& ibi Additionem de Angelis.

4 Sed an conductor antiquus rerum fiſcalium volẽs reconducere totum prędiũ, nouiſſimè idem Nouarius frater lib.1. quæſt.forenſ.7. per totam,pro negatiua opinione reſpondet, quia durũ videtur, quod quis cogatur locare rem ſuam antiquo conductori, & vlterius grauaretur ad locandam partẽ rei,ex qua oritur ei damnũ & incommodum, ex illa regula, nam qui ſentit onus debet ſentire commodum, l.ſecundum naturam, ff.de reg. iur. etiam abſurdum eſt vnum habere commodũ, & alterum incommodum ſubſtinere, l. is qui in poteſtate,§.fin. ff.de leg. præſt. & pro comprobatione huius ſententiæ adducitur per eũ deciſio Giurba 86.nu.13.vbi non cogitur partem domus quis vẽdere pro ampliatione, vel erectione Eccleſiæ, ſequitur Theſſ.lib.1.quæſtio.

fo-

forenſ.64.num.11. & plura à ſimili cumulat.

5 Quo priuilegio non ſolũ gaudent conductores rerũ fiſcalium, ſed etiam Reipublicæ, & communitatis, Cæuall. comm. contr. commun. q.756. à nu.62. vſq. ad nu.80. qui efficiuntur vtiles Domini, eiſq; competit vtilis in rem actio, Gratian. vbi ſup. nu. 19. firmans ex Doctoribus per eum relatis, vt conducens à Fiſco, vel Reipublica, etiam ad modicum tempus plantando, vel inſerendo arbores in re conducta efficiatur earum Dominus, & eas poterit putare, & transferre ex quo tempore plantationis fuit vtilis Dominus, & imputet ſibi verus Dominus reo, qui rem ſuam ſic locando ſibi non proſpexit. vnde datur cautela vt adijciatur pactum per locatorem, quod non intendit, vt conductori aliquod Dominium etiam vtile in re conducta acquiratur, Bald. in cap. 1. verſ. extra quæro quid de locationibus, qui feud. dar. poſſ. & in l. ſi domus, §. fin. ff. de leg. 1.

6 Idemque procedere fauore perſonarum miſerabilium dixit Nouarius frater in praxi miſerabil. priuil. 42. referens ſic in facti ſpecie conſuluiſſe cuidam Domino domus, qui volebat eijcere quendam paupere cæcum à domo, & alteri locare, ratio enim per ipſum adducitur, quia hoc priuilegium habẽt ſcholares, ita vt non poſſent eijci offerendo pretium ab alijs oblatum, allegat Salic. & Rip. in l. 1. ff. ſolu. matrim. in fine, Boer. d. dec. 107. Myſing. & Anna. loco ſupra cit. Luc. de priuil. ſcholar. priuileg. 41. Vndè cùm certum ſit ſcholares inter perſonas miſerabiles reponi, vt per Viu. dec. 65. nu. 5. Menoch. de arbit. Iud. caſu 66. num. 32. Capibl. de Baron. pragm. 8. num. 102. & Borrell. in ſum. deciſ. tit. de iuram. perhorreſc. & cùm cæci dicantur perſonæ miſerabiles, ad tradita per Caſtill. quotid. controuerſ. Iur. lib. 3. cap. 25. meritò inquit ipſum dominum nullatenus potuiſſe eijcere illum pauperculum cæcum.

7 Et à ſimili firmat Gratian. nu.42. pro conductoribus antiquis Eccleſiæ, qui ſi conducant domum pro eius comoditate, & finito tempore locationis velint ſoluere quantum alij offerunt, vtique præferuntur, diſpoſitio enim noſtri textus habet

bet locum in rebus Eccleſiæ, cuius Adminiſtratores ſemper debent habere præ oculis æquitatem, maximè cùm illa non patiatur aliquod damnum, ex eo quod primus conductor præferatur ſecundo pro eodem pretio, vt per Doctores relatos per Cæuall.com. cont. com.q.726.nu.67.

Verum Franch. deciſ.406. contrarium concludit,& ſequitur Genuenſ.in ſuis practic.Eccleſ.q.421. qua ipſa Eccleſia non tenetur relocare prædium primo conductori, & iuxta hanc opinionem fuiſſe deciſum in Archiepiſcopali Curia Neapolitanã refert Nouarius Frater vbi ſupra,nu.7. & ratio eſt,nam eſſet reſtringere dominium, & iura Eccleſiæ, quæ omninò ſunt amplianda,& nunquam reſtringenda ex quæſtio. forenſ.Theſaur. quæſt.3.lib.3. de quo videndus eſt etiam idē Genuenſ. quæſt.207.& 459.quibus addo poſt alios Dom. meum Ricc.in deciſ.184. p.3. & deciſ.181.p.1.

8 Prout etiam ruſticos, qui coluerunt territoria baronalia nemoroſa, non poſſe amodo expelli, firmat Anna ſing.461,vide ſupra in l.quicumque,C.de agric. & cenſ. eod.lib.11.

FINIS LIBRI XI.

LIBER

Digitized by Google

LIBER XII.

SVMMARIVM.

1 D*Iſpoſitio textus.*
2 *Iniuria fit dignitati quod perſonæ viles ad eas eligantur.*
3 *Serui, vel baſtardi non admittuntur ad officia.*
4 *Appellatione filiorum non cōprehenduntur baſtardi, dùm agitur de honore.*
5 *Debitores Reipublicæ ad officia eligi prohibentur.*
6 *Banniti non admittuntur ad officia.*
7 *Conſanguinei, nec admittuntur ad magiſtratus.*
8 *Iudæi, vel excommunicati non poſſunt eligi in Officiales.*
9 *Ciues prohibentur in Patria ſua adminiſtrare Officium.*
10 *Mercatores ad Magiſtratus, nec admittuntur.*

DE DIGNITATIBVS.
l. ne quis.

1 AD dignitates non aſpirent negotiantes artes viliſſimas, & aſpirantes ab eis expellantur, l.virtutū merita,C.de ſtat. & imagin. quoniam, qui ad talia promonere debent oportet eſſe meritis, vel ſanguine digni,
2 d.l.virtutum, nam iniuria fit dignitati,quod viles perſonæ ad dignitates eligantur, Crauetta conſ. 136. & Guttier.conſil.31.num.25.& Maſtrill. de magiſtrat. lib.2. cap.12. num. 34. & quod ad magiſtratum non ſunt admittendi vile officium exercentes, voluit tex.in l.cùm prætor, §.non autem, ff. de Iudic. l.decurio. C.de decur. lib.10.l. ſi cohortalis, C.de cohortal.lib.12.l.3.C.de cōmerc. & mercat. l. milites, C.locat. ſicque Tiraquell.de nobil.cap.1. per tot. & c.34. num.1.& ſeq. vbi enumerat officia vilia, Azeued. lib. 3. recopilat. l.7. tit.9. num. 13. Boer.dec.47.nu.5. Peguer.in pract.crim.cap.7. nu.8. neq;
3 admittuntur ſerui, ſecundū Azeued. vel baſtardi, cùm infames infamia facti reputentur,Capyc.dec.32.num.7 quod maxime procederet ſi efficeretur Conſiliarius Principis,Boer.dec.222 n.12 Vnde euenit quod vbicunq; agitur de honore filiorum

Y non

Digitized by Google

4 non comprehenduntur filij baſtardi filiorum appellatione, vt dixit Molin. de primogen. lib. 3. cap. 3. in fine, Laudeno de Official. q. 170. Mandelli conſ. 685. vol. 4. Tap. de Conſtit. Princ. cap. 1. n. 46. & 47. Myſing. obſer. 31. num. 5.

5 Nec debent eligi debitores Reipublicę, Cabed. deciſio. 84. nu. 25. par. 2. Laudenſ. de dignit. quæſt. 27. latè nos ſupra in l. 1. C. de debit. Ciu. lib. 11.

6 Rurſus non debent ad officia admitti banniti, vel relegati, vt dixit Io. Plat. in l. 1. C. de his quæ in exil. dat. li. 10. Anna conſ. 80. nu. 25. Gamm. dec. 135. latè Maſtril. de magiſtrat. lib. 2. cap. 9. eademq; ratione dicendum eſt in criminoſis, vt dixit Azeued. d. l. 7. num. 4. & ſeq. tit. 9. lib. 3. Affl. in conſtit. vt vniuerſis, nu. 57. Peguer. in pract. cap. 2 nu. 7. nec admittuntur con-
7 ſanguinei, Viu. dec. 455. nu. 1. vel officia ambientes, & prętendentes, vt latiſſimè Bouadill. lib. 1. polit. cap. 3. n. 65 cum ſeqq. quem allegat Maſtrill. de magiſtr. cap. 30. lib. in princ. & idem dicen-
8 dum de Iudæis ſecundum Surd. conſ. 122. num. 9. & de excommunicatis, Belz. in addit. ad Abb. in cap. ſi duobus, de appellatio. Ripa reſponſ. 21. tit. de reſcrip. Auedan. de exequend. mand. c. 18 ſub nu. 16. verſ. octauus eſt caſus; & ſic pariter Ciues
9 prohibentur eſſe Officiales in patria ſua, vt per tex. in l. nullus apparitor de diuerſ. Offic. lib. 11. infra l. ſi eadem, ff. de offic. aſſeſſor, & deniq;
10 mercatores ad magiſtratū admitti non debent, Petr. de Gregor. Tholoſ. lib. 47. cap. 1 nu. 4. & Curia Piſana cap. 12. nu. 20. lib. 1.

Sed qui dicantur exercere artes viles pro intellectu textus noſtri, dicas eſſe fęneratores, cætarios, lanios, piſcatores, vnguentarios, & alios relatos per Alciat. in l. mercis, la ſeconda, ff. de verb. ſign. quibus addo mercatores tenues venalitialios, qui à mercatoribus emunt, & ſtatim vendunt calceolarij, ſi Vrbem, aut inſignem locum habitant pro vilibus habentur, quod ſi incolatum habent in paruis Terris, & locis, ſecus eſt, pomorum & paſcuorum cuſtodes etiam viles habentur de prædictis omnibus, vide tract. de eff. ect. iur. p. 3. art. 1. nu. 8. & ſeq. Prout etiam caupones & ſtabularij, non ſo-

ſolum ſunt viles, ſed infames infamia facti, & quomodo non admictantur ad honores, vide Guttier. conſil.31. quia ars tabernaria, & macellaria dicitur viliſſima, Bertacchin.in repertor. verbo, ars, & quæ dicuntur artes ſordidæ, Luc.de Penna in l.maximarum, nu.7. C.de excuſ.mun. lib.10.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio textus.*
2 *Nobiles ſi furtum committunt, an puniuntur pœna plebeorum.*
3 *Committens crimen hæreſim, amittunt nobilitatem.*
4 *In crimine falſi, nulla habetur ratio nobilitatis.*

De Dignitatibus. l.Iudices.

1 HAbetur hic, quod Iudices, qui furtis robaria proditione, & ſimilibus famam lędentibus fuerint cōuicti, de iure nobilitatem amictunt, ac eius priuilegia & ad nullas alias dignitates aſpirabunt, vide infra in l.quicumque, de diuerſ.offic.
2 Hinc oritur, vt ſi nobiles huiuſmodi crimina commictāt poſſunt puniri pæna plebeorum, de Ponte in tract. de poteſt.Proreg. tit.1. num.2.
3 in Regno tamen hoc non obſeruari teſtatur, niſi commiſerint crimen hæreſis, quoniam hoc caſu haberet diſpoſitio textus noſtri, & conſequenter poſſent puniri pœna ignobilium, per doctr. Archid.in cap.qui contra 14 quæſt.1. Fęlyn.in cap.paſtoralis, de offic.deleg. Tiraqu. de pęn. cauſ.21. nu.25. quos allegat in iure peritiſſimus Dom. meus Riccius in Deciſ.Curiæ Archiepiſcop.278. allegat etiam tex. in Auth. gazzaros in princ.de hæret. & Conſtit.Leon.X. editam de anno 1520. incip.Exurge domine, verſ.nec non quoad omnem, Calderin. in tracta. de hæret.rub.de pœn.hæret. filior.& nepot.nu.2. Vmbert. locat.in iudicial.inquiſitor. in verbo, pœna, verſ.item fiunt infames, & alios, de quibus per eum, & ſic pariter, in dec.179. docet illum
4 textum procedere in crimine falſi, in quo nulla habetur ratio nobilitatis, ſubdens, nu.4 in anno 1597. fuiſſe damnatum ad triremes per ſeptemnium quendam Clericum nobilem, ex quo cùm apocis falſis fuerat fu-

ratus à Banco certam pecuniæ quantitatem, eadem ratione, quia nobilitas pœnam falſi minimè alleuiat, allegat Affl.latè in deciſ.fin. Tiraquell. de pœn. cauſ. 21. n.23. & contra falſarios larga eſt facienda interpetratio ad pœnam infligendam, Bald. in cap. cùm olim, de offic.deleg.crimen enim falſi grauiſſimum eſt,& nullum crimen eſt in mundo, quod ita vituperet famam,ac ſtatum hominis, ſicut ipſum intantum quod eius pœna ſimilis eſt pœnæ mortis,Caſtr.conſ.151. & eſt deteſtabilius homicidio, & veneficio ſecundum Soccin. in conſ.105.nu.7.vol.2. & propter eius ænormitatem, multa habet ſpecialia,Gramat.dec.2.nu.28.hæc omnia habentur in prædicta deciſione,D.Ricc.279.&vide quę dixi infra in l.quicunq;C. de de diuerſ.offic.

Et nobilitas an erit probanda,vel præſumitur, tradunt Maſcardus,pulchrè de probat. concl.1090. num.1. vol.2.Rolend.conſ.67.vol.3. nu.17. & Tiraquel. de nobil. cap.10.nu.13.& vide Nouar. frater in prag.7.de condemnatis pro delictis.

SUMMARIUM.

1 *Diſpoſitio textus ampliatur, & limitatur, vt nu.2 3. & 4.*

5 *Statutum de viro loquens, procedit etiam in vxore, & è contra.*

6 *Priuilegium electionis fori cõpetens marito competit,& eius vxor.*

7 *Immunitas conceſſa Clericis competit,& eius vxoribus.*

8 *Priuilegium competens marito, nè torqueri poſſit, competit etiam eius vxori,*

9 *Priuilegium nè ignobiles aduerſus Barones admittantur, extenditur ad eorum vxores.*

10 *Saluus conductus competens marito competit,& eius vxori.*

11 *Maritus donans reſeruatis ſibi alimentis, intelligitur etiam pro vxore,& filijs,& quid de ſecunda.*

12 *Vſus viro conceſſus, competit etiam vxori.*

13 *Vxor legibus mariti obedire tenetur.*

14 *Conſuetudo loci viri, attenditur in exigenda dote.*

15 *Mulier Neapolitana habens priuilegium trahendi, ſi nubit viro extero,non poteſt trahere in regijs Tribunalibus.*

De

De Dignitatibus l.mulieres.

1 AGitur in præſenti textu vxorem durante matrimonio nobilitari, & viri forum,ac domicilium ſequi, qui concordat cum l.1.C.de mulier,& in quo loco lib.10 l.eaque, l. fin. §.item reſcripſerunt,& ibi Bart.ff.ad municipal. Franc. deciſio. 116. Mart.voto 93.num.13.Conſt. conſ.16.nu.35.Caualc.dec.4. nu.48. & 49. par.1. Menoch. conſ.1086. nu.2. & conſ.454. num.24.Molfeſ.in comment. ad conſuet.Neap.p.1.cap.5. nu.46.& par.2.de bon.quæſt. 12.nu.17. de perſon quæſt.6. nu.2.& 3. & ſit Ciuis loci cuius eſt vir, glo. in l. ciues, & ibi Bart.Ang. Plat. C. de incol.lib.10. Molfeſ. d. cap.5. nu.46.& d.quæſt.12. num.17. Franc.dec.363.& 546.nu.21. Rim.Iun.conſ.501.n.22 & 45. Theſaur. dec123.n.9. Fanut. de dot.glo.9.nu.5.matrimonium namque vxorem trahit ad originem viri, glo.in l.origine,C.de municip li.10 Valaſc.dec.138.nu.11.& deciſ.123.nu.22. Surd.dec.330. nu.16.& 22.Burſat.conſ.970. nu.22. & Maſcard. de gener. ſtat.interpr. concl.7.num.59 & quod ſequatur conditionem,ac familiam viri,voluit Surd.conſ.140.nu. 10.Tepat. lib 2.var.reſolut. tit.de verbor. ſignif. col.2. Cauagnol. conſ.49.nu.18.& 19.Sola tit. de feud.glo.1.nu.2.Ruſtic.de fideicomm.li.3. cap.1.n.199. Viu.dec.10.nu.7.Suiq; patris domicilium mutat quantis non fuerit ſequuta copula carnalis, Intrigliol. de feud. centur.2.art.58.nu.8. Et per matrimonium vir & vxor efficiuntur vna caro, cap. ſi quis vxorem 33. quæſtio. 1. Mantic.dec.50.nu.1.& quod ſequatur forum viri, Seraphin.dec.519. p.1.

2 Amplia primo,iſtum textum procedere, & ſi nõ fuerit ad viri domum traducta, Valaſc.dec.175.nu.23. Capiblanc.de Baronib. pragm.8. num.247.Dom.Reg.Rouit.in prag.Regni 1. de ceſſ.bonor. num.8.

3 Amplia ſecundo,quamuis vxor fuerit effecta vidua, l.filij, §.vidua, ff.ad municip. latè Nouar. frater in praxi elect.& variat.for. quæſt.47. ſect.2. Borrell.in ſum. deciſ. tit.de cler.coniug.nu.28.declarando tamen hoc procedere,dummodò in viduitate permanſerit,nam ſi ſecundo nu-

nuberet, perderet vtique priuilegium primi viri, mulier enim ſecundo nubens dicitur de domo, & familia ſecundi viri, & perdit priuilegium illius primi mariti, & ſepelitur cum ſecundo marito, cap. is qui, §. mulier, de ſepult. lib. 6. Caſſan. in cõſuet. Burg. rub. 10. §. 7. num. 3. l. fin. §. vidua, ff. ad municip. cùm vidua per contractum ſecundi matrimonij ſtatum ſuum amittat, & mutata perſonæ conditione, mutatur etiam priuilegium, l. fiſcus, ff. de iure fiſc. cap. vnico §. verum, de iur. patron. & mutatione ſtatus idem videtur alia perſona, ita Bart. in l. iuris gentium, §. ſi ante aditam, nu. 1. ff. de pact. & deficiente cauſa conceſſionis alicuius priuilegij, ceſſat priuilegium, l. cura, §. deficientium, ff. de mune. & hon. l. his oneribus, §. pen. ff. de vacat. bon. l. ſemper, §. negotiatores, ff. de iur. imm. l. tutelas, §. ſed legitimæ, ff. de capit. dimin.

Et huc ſpectat, quod etſi vidua habens filios, prẹferatur eis in accuſatione mariti occiſi patris prædictorum filiorum ſecundum cõmunem opinionem Doctorum relatorum per Caſtill. de vſufr. lib. 1. cap. 2. nu. 25. Tamen per tranſitum ad ſecunda vota vidua amittit hanc accuſationem tenet Villapard. ad l. vigeſimam ſecundam, titu. 1 par. 7. §. 49. n. 3. verſ. limita ſingulariter, quẽ refert Gironda in tractа. de priuil. nu. 1524. adducens veram rationem conſideratu dignam, quia vidua admittitur ad accuſationẽ de morte occiſi mariti, propter dolorem, quia reputãtur duo in carne vna, c. gaudemus, de diuort. qui dolor ceſſat ſtante ſecũdo marito, cui amor de nouo applicatur, & non poteſt eſſe mulier in carne vna, & in vno amore cum primo marito mortuo, & cum ſecundo viuo, quoniam darentur duo ſpecialia, quæ in iure reprobantur, per tex. in l. 1. C. de dot. promiſſ. ita Grat. conſil. 35. nu. 8. lib. 2. Barboſ. in l. 1. ff. ſolut. matrim. p. 3. n. 45. & plures etiam poſſent adduci à ſimili circa pęnas ſecundo nubentium, quæ breuitatis cauſa omittunt.

4 Limita modo inſpoata de futuro, quæ non mutat domicilium viri, Tuſc. in ſuis pract. concl. 387. nu. 87. Azeued. l. 4. num. 7. tit. 2. lib. 5. recop. Maſcard. de gener. interpr.

terpr.concl.7.nu.67. & proindè in ſtatuto deferente lucrum ſponſo ante contractũ matrimonium, attenditur domicilium ſponſæ,& non viri,Dec.conſ.283. Bald.in auth.omnes, Peregrin. nu.4. C.comm.de ſucceſſ. Maſcar. d.concl.7.nu.63 Fęlyn.in c.1. nu.24.de ſponſal.& huc ſpectat, quod ſponſæ de futuro non competit ius accuſandi de nece viri,ſecundum deci. Triuiſ.dec.15.p.2.

5 Ex quo textu ſic ampliato & limitato,euenit primo quod ſtatutum de viro loquens, procedit etiam in vxore,& è contra Franc. dec. 259. Bero.conſ.140.num.21. vol.2. Oſaſc. dec.115. nu.10. Surd.dec.330 n.17. Gratian. diſcept. forenſ. 120. num.17. Gabr.in eius concluſ.tit.de leg.concl.3.num.2.4.& 11. & hoc ne ad imparia iudicetur vir & vxor,cap.gaudeamus, de diuort. de Pont.deciſ.24. nu.6.Viu. dec. 197.num.5. & priuilegium ratione dignitatis, vel nobilitatis viro conceſſum vxori, & eſt vi correlationis,Peregr.conſil. 17.num.11.volu.2. Maſull.ad Capic.dec.76.nu.3, non tamen eius ſponſæ nondum decognitæ,Decian.lib.4.crimin.cap.8.n.7.& cap.9.n.53.

6 Et priuilegium electionis fori competens marito, cõpetit & eius vxori,latè Nouarius frater in praxi elect. & variat.fori, quæſt.47 n.1. ſect.1. p.105. Capyc.dec.17.
7 & 172.imò immunitas conceſſa clericis cõpetit & eius vxoribus, Bald.in l.1. C.de Epiſcop.& cleric. Duen.reg. 100.ampliat.2. Tiraq de nobil.cap.9. Milanenſ. deciſio. Sicil.10.num.9.lib.1 Borrell. in ſumm.deciſ.tit.de cleric. coniug.nu.20.vbi priuilegiũ fori competens clerico coniugato,competit & etiam
8 vxori. Et priuilegium competens marito, nè torqueri poſſit, vel in carcerem detrahi,competit & eius vxori,Mattheſ.ſing.59. Marſil.in praxi §. attingam, num. 68. Surd.dec.330.nu.15.in fine, Tiraquell. deleg. connubial. glo.2.nu.53. Affl. in Conſtit. proſequentes, quæſtio.2. ſic
9 pariter priuilegiũ nè ignobiles aduerſus Barones admictantur inteſtes, extenditur ad eorum vxores,Tapia de Conſtit.Princip. c.3.nu.8.
10 Item ſaluus conductus cõceſſus marito, comprehẽdit etiam vxorem,cuius nulla ſit facta mentio, Maſull. ad Capy.dec.76.n.2. Tuſc.lit.M concl.88.n.12.lit.5.concl.23. & lit.V.

& lit.V.concluſ.388. num.2.
11 Sic etiam maritus donans reſeruatis ſibi alimentis intelligitur etiam pro vxore, & filijs reſeruaſſe, cap. admonere 33. quæſt.2. Brun.de ceſſ.bon.quæſt.31.in fi.Coler. de alim.lib.1. cap.15. nu.22. Menoch.lib.4.præſump.157. nu.39.Tuſc.d.concl.88.n.11. Sed an de prima vel ſecũda etiam vxore intelligatur, vide Menoch.lib.4.præſumpt. 157.nu.40. latè Coler.d.c.15
12 nu.23. eademque ratione vſque viro conceſſus, competit etiam vxori, l. 2. ff. de vſu,& habit.Felin.in c.quam ſit,concl.1.de Iudic.glo.pen. in cap. omninò 31. diſtinct. Oldrad.conſ.95.col.3. & denique iniuria facta vxori, dicitur eſſe facta marito, vt poſt alios quos allegat voluit Lancellot.ſuper conſue. Alexand.verſ.vxori, nu.45.
13 Euenit ſecũdo,quod vxor legibus & ſtatutis, mariti obedire tenetur, Surd.deciſio.330.nu.17.Gabr.conſ.29. nu.20.vol.2. Bald.in l.ſi vxorem,C.de condit. inſert. Alban.conſ.23. nu.10.& 11. Peregrin.conſ.13.n.1.& 2.vol.4. eiuſque conſuetudini, Alex. conſ.217.n.6.vol.7.Tuſc.lit.F concl.444.nu.2. & lit.V.concluſ.387.quamuis forẽſis ſit, Bald.conſ.439. vol.4.Soccin. conſ.81.vol.3. Theſ.dec.123. num.10. Carpan.Mediol.ſtat. 454.nu.5. Imol.conſ.73.nu.8
14 & conſequenter in exigenda dote attenditur conſuetudo loci viri, & non contractus,vel vxoris,eſt tex.in l.exigere,ff.de iudic. Affl.deciſio.226. Apont.conſ.35.n.3 Gam.deciſ.Luſita. 306.nu.22 Bertaz.de clauſ.clau.4.gl.38 latè Molfeſ. in comment. ad conſuet.Neap.p.2.q.12.nu.12 & ſeq. Mart.voto 5.nu.1. Alphan. collect. 6. & Theſaur. lib.2.quæſtio.forenſ. q.6.nu.6
15 vt etiam mulier Neapolitana origine habens priuilegium trahendi,ſi nupta ſit viro extero ob mutationem domicilij,non poteſt trahere in Regijs Tribunalibus, ex illa concluſione, ſ3. quod vxor tenetur obedire legibus,& ſtatutis mariti, Capibl.in prag.8.n.247.de Baron. Franc. dec.416. & poſt alios in iure expertiſſimus Dom. meusRic.in coll.dec.38.&25 vbi plura pro hoc textu facientia ponit Nouar. fratrẽ in d.prax. elect. for. cap.38. n.27.ſect.2.pag.151. & nouiſſimè in lib.2. quæſtio.forenſ. adhuc non impreſſo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Præcedentia materia remiſſiuè.*
2 *Doctoratus attenditur in materia præcedentiæ.*
3 *Dignitas attenditur in præcedentia.*
4 *Officialis Criminalis præcedit Ciuilem.*
5 *Vicarius Epiſcopi an præcedat Capitulum, & Canonicos, cum noua opinione Authoris.*
6 *Vicarius Epiſcopi præcedit Prætorem.*
7 *Poſſeſſionis ratio attenditur in materia præcedentia, quæ pacifica eſſe debet, num. 8.*
9 *Abbas an præcedat Canonicos.*
10 *Bulla Gregor. XIII. de præcedent. Regularium, & Confraternitatum.*
11 *Conſuetudo attenditur in materia præcedentia.*
12 *Conſuetudo per quantum tempus inducitur.*
13 *Præcedentia ſedendi in Eccleſia non permittitur ab Epiſcopo.*

De Conſulibus. l. prima.

1 Sedes materiæ præcedentiæ ſedet hic, de qua plenè ſcripſerunt Laratha conſ. 2. Maſtrill. de magiſtr. cap. 4. lib. 5. par. 2. & Nouar. frater in prag. 3. de offi. Sac. Reg. Conſ.

Sed quoniam quampluri mæ controuerſiæ oriri ſolēt in Tribunalibus præſertim Eccleſiaſticis, cùm ſit practicabilis, ideò illam per concluſiones diuidere placuit.

2 Prima ſit vt in hac materia habeatur ratio Doctoratus, vt poſt alios voluit D. Ricc. in praxi reſol. 271. par. 3. inquiens, Doctoratum eſſe dignitatem conſideratu valdè dignam, ex Dec. conſ. 161. Anna alleg. 122. nu. 3. inferens Canonicum Doctorē præcedere in ſedendo alios Canonicos, iuxta conſ. Aret. 23. deciſ. Maſtrill. 130. & Epiſcopus Doctor præfertur Epiſcopo non Doctori, licet non ſit poſterior in tempore, ex Georg. alleg. 35. nu. 3. de Ponte conſ. 14. nu. 37. Caſſan. conſ. 48. & pro corroborōne adduco, quod Officialis filius Doctoris præfertur Officiali non filio Doctoris, Rebuff. de nomin. q. 21. n. 18. Cyr. Maſtrill. inter conſ. Ann. conſ. 136. num. 58. & ſeq. ſequitur Maſtrill. de magiſtr. lib. 5. cap. 4. nu. 16. quæ etiam

procedunt ratione Doctoratus,& ſic ſi licétiatus poſt longum tempus ad gradum ſit promotus,non præfertur alijs, qui medio tempore ad gradum ſunt aſſumpti, Gabr.concl.1. de maiorit.& obedient. hinc euenit, quod Doctor reſtitutus non recuperat locum ab alijs occupatum,Rota Aueni.deciſ.12. vbi Eccl.ſia Parocchialis antiquior,non præfertur iuniori collegiatæ, licet illa poſtea efficiatur Collegiata.

Et non ſolum habenda eſt ratio Doctoratus,ſed etiam dignitatis, & ideò Comes creatus Dux cum alio Barone non titulato eodem tempore ipſum præcedit, Fräc.dec.365. & ibi additiones nouiſſimæ.

4 Secunda concluſio ſit, nã Officialis Criminalis præcedit Officialem ciuilem,Capyc.dec.27.nu.23. Franc.deciſ.388.vbi inter duos Capitaneos Criminalis debet ſedere à parte deſtra,& Ciuilis à ſiniſtra, Montanar. in prag.2.de Admin.Vniu.n.281 & ſeq. D Ricc. collect. 147. Capib. de Baron prag.1.n.51 vbi limitat in Barone, qui iuriſdictionem ciuilem habens criminalem habentem præcedit, Frecc.de ſubfeud. lib.1.de offic. magiſtr.Iuſtit. nu.27. Franc.dec.131. habetur per Maſtrill.loco citato num.67.

5 Tertia concluſio ſit,quod Vicarius Epiſcopi præcedit Capitulum, & Canonicos abſente Epiſcopo,nàm tunc Vicarius tanquam Vicegerẽs illius,& velut caput honorandus eſt,& præferẽdus, ita Gracian.diſcept. forenſ. cap.111.p.1,ſubdens,ſic fuiſſe iudicatum per Rotam Romanam in vna Florentina prælationis inter Archidiaconum, Canonicos,& Vicarium eiuſdem Eccleſiæ coram Cantuccio,refert idem in cap.298.num.37. tomo 2. Et ratio quare Vicarius nõ præfertur Capitulo, & Canonicis congregatis præſente Epiſcopo,nàm Epiſcopus facit vnum corpus cum Capitulo, cuius corporis ipſe eſt caput,& Canonici membra, cap. nouit, de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſu Capit.glo. in cap.irrefragabili, verbo, per Capitulum, de offic.ordin. vndè eſſet inconueniens, & contra ordinem naturalem,quod membra diſiungerentur à capite cap.1.diſtin.12.quæ ratio diſiunctionis capitis, & membro-

brorum, ceſſat abſente Epiſcopo, vndè debet ceſſare effectus, & ſic idem honor debebitur Vicario, prout Epiſcopo, cuius locum tunc Vicarius gerit, cap. præcimus, diſt. 93 cap. grand. de ſuppl. neglig. Prælat. Fælin. in cap. cùm olim, il ſecondo, nu. 1. de offic. deleg. Tamen Sbroz. de offic. Vicar. lib. 2. quæſt. 26. latè diſputat hanc concluſionem, & pro Vicario tenet vt præferatur Archidiacono in proceſſionibus, & in alijs licet non diſtinguat ſupradicto modo, & ad ſaturitatem vide totũ cap. 69 Mareſcott. var. reſol. vbi præcedentia non debet dari Vicario generali ſupra capitulum in Synodo.

Mea autem opinio erit, quod vel Epiſcopus abeſt, & hoc caſu nulli dubium eſt, quin Vicarius prefertur Archidiacono, primis dignitatibus, & toto Capitulo, vel Epiſcopus eſt præsẽs, & hoc caſu diſtinguendum puto, ꝙ aut, Epiſcopus cum Canonicis ſedent ſimul in choro, & quia repreſentant vnum corpus, ſi ante ſederet Vicarius diuideret mẽbra à capite, & conſequenter non dabitur ei præcedentia; ſecus autem, quando Canonici ſederent in choro, & Epiſcopus in trono, ſeu Epiſcopali ſede, cum aſſiſtentibus Magiſtro ceremoniarũ, & alijs, nam tunc præferretur Vicarius omnibus Canonicis, ea ratione, quia Epiſcopus cum aſſiſtentibus faciunt diuerſum corpus, à corpore Canonicorum, niſi Canonici ſtarent parati vna cum Epiſcopo, quoniam repreſentarẽt vnicum corpus, quæ opinio fuit approbata per Reuerendiſſimum Dominum Antonium de Matthæis Epiſcopum Caſtellanetem, Virum quidem non ſolum timoratę conſcientię ſed in iure, & vera Romana praxi verſatiſſimũ, & iuxta meum votum obſeruauit, & obſeruari facit in Eccleſia, non obſtante contradictione Admodum Reuerẽdi Archidiaconi illius Eccleſiæ Cathedralis, quem ab hac vita diſceſſiſſe audio.

6 Sed an debeat præcedere Prætorem affirmatiuè Macer. reſolut. fin. caſu 31. & an Vicarius Capituli ſede vacante præcedat Canonicos, negatiuè D. Ricc. in praxi cap. ſede vacante, p. 1. in antiq. dec. 475.

7 Quarta concluſio ſit, vt in præcedentijs habeatur ratio-

tio prioris poſſeſſionis, nam qui prior eſt in tempore potior eſt in iure, vulgata l.1.ff.qui pot.in pign. hab. Duen. reg.198. Cotta mem. verbo, creditor, Maſcard.de probat. concl. 1228. Ioſeph Ludouic.deciſ.Peruſ.45. n.7. Surd.de aliment. tit.19.q.4. num.15 & dec.255.n.1.Tuſc. concl.465. lit.P, Mantica de tacit.& ambig.l b.11.tit.22. num.1. & ſeq. Seraph. deciſ. Rom. 326. & ſic qui primo conſequitur officium, vel dignitates reputatur dignior, licet iunior ſit ętate, cap. fin.17.diſt... cap ſtatuimus, cum concordant. de maior. & obed. cap. fin. 75. diſt... Vrſill.ad Affl.dec.1.num.13. & poſt alios D.Ricc.reſ.276 in praxi par.3. quæ ratio nõ debet haberi in Canonico maiore ordine poſtea recepto, nam pręcedet prius admiſſum minorem ordinem habentem, non obſtante cõſuetudine in contrarium, deciſio eſt Gratian.16. referens ſic Sacram Congregationem declaraſſe, & ita obſeruatur in hac noſtra Archiepiſcopali reſidentia, & quamuis reperitur aliter prouiſum per eandem Sacrã Congregationem, vt habetur per eundem Gratian.diſcept.forenſ.cap.482.nu.14. vbi inquit ex mente dictæ Congregationis rituum 12. Decembris 1606. conſuetudinem valere, vt Canonici clerici antiquiores in gradu procedant alios Canonicos poſteriores conſtitutos in ſacris, Tamen prima declaratio procedit in Eccleſijs, vbi præbendæ ſunt diſtinctæ, ſecunda verò vbi non ſunt diſtinctæ.

Et adeò attenditur poſſeſſio, quod Canonici, qui præuenerunt in apprehendenda poſſeſſione præcedũt alios quamuis priores in prouiſione, Bald.in cap.cùm olim, in princ.de conſuetud. Rot.deciſ.2.eod.tit.in nouis, Verall.dec.357.num.1.lib.2. quamuis per eos non ſteterit, vt poſſeſſionem priusnõ cæperint propter aliquod impedimentum litis, vel alterius cauſæ, vt fuiſſe deciſũ per Rot.Rom. in vna Vicen. 27.Aprilis 1594.coram Gypsio, & in altera Burgen.30. Aprelis 1599.coram Licta, teſtatur idem Gratian. deciſ.16.in addit.nu.1.cum ſeq. hancque opinionem eſſe veriorem in praxis ſeruari multis comprobat Gonzalez ſuper reg. 8. Cancell. in prohẽ.§.3.à n.24.vſq;ad n.41.

Vndè

Vndè meritò fuit deciſum in Collaterali Conſilio, illũ Officialem debere præcedere ex duobus Electis eodem tempore, qui primo adminiſtrauit,& in exercitio reperitur,vt per Franc.dec.144 Anna conſ.40. nu.33. Marta dec.101.n.6.

8 Verum, aduertant Lectores,poſſeſſionem debere eſſe pacificam,vt fuiſſe deciſum per Rotam Romanam, teſtatur Eminentiſs. Card.Caualer.dec.649.

Quinta cõcluſio ſit, quod in controuerſijs præcedentiarum lite pendente manuteneri debet, qui tempore litis motæ reperitur poſſidere,cap.cùm Eccleſia Sutrina de cauſ.poſſ. ſſ.& propriet. latè Anna alleg. 131. vbi in præcedentijs vltimus ſtatus attenditur, vide quæ ſcribit Dom.Ricc.deciſ.132 par.1.

9 Sexta concluſio ſit, vt Abbas præcedat omnes Canonicos, & illis dignior habetur,quando ſinguli incedũt, quia tunc abſque dubio non ſolum præferendus eſt omnibus Canonicis, ſed etiam alijs dignitatibus Epiſcopo inferioribus, cùm dicatur maior dignitas poſt Epiſcopum,tex.in cap.ſi quis deinceps 16.q.7. Fęlyn.in c.meminimus, in 3.col.ſub nu.6. de accuſat. Dec. conſil. 162. col.1. quando autem Canonici collegialiter procedũt, atque in omnibus alijs actibus, in quibus cathedralem Eccleſiam repreſentant,quę plus alijs honorari debet, cap.quamuis, il ſecondo, de præb. in 6. & tunc Canonici Cathedralis Eccleſiæ præcedent Abbates,latè ad vnguẽ diſputat Tamburrin. de iur. Abb. diſput.25. q. 2. deciſio eſt notabilis Sair.2.de maio. & obed. imò Abbas Vicarium Epiſcopi præcedere debet ſecundum tradita per dictum Tamburin. q. 3. & Abbas pręcedit omnes alios Prælatos Epiſcopo inferiores, & dignitates, idem q.4. & inter Abbates eiuſdem ordinis,certum eſt illum cẽſendum eſſe alijs maiorem, & digniorem, qui Epiſcopalibus inſignijs decoratus eſt vt probat tex. in cap. vt Apoſtolicæ, de priuileg. in 6. Item Abbas exemptus Abbati eiuſdem ordinis præferendus eſt, Franc. d. cap. vt Apoſtolicæ, Nauar.conſil.1. nu.2 & 10.de maior.& obed. Graff. deciſ.aur. par.1.lib.3. cap.5. nu.139. cęteris verò paribus prior ad titulum Ab-

Abbatiæ aſſumptus poſterius promotum in eodem ordine præcedit, l. 1. ff. de alb.ſcrib. cap.1. vbi Panorm. nu.4.de maior.& obed.Graſ. d.nu.139 in princ.

Si autem inter Abbates diuerſæ Religionis quæſtio oriatur tunc præferũtur qui ſunt antiquioris Religionis, Roderic. quæſt.Regul. to.3. q.38.art.1. & cenſuiſſe Rotã in vna Orilien. præcedentiæ 10.Martij 1606.coram Licta & Romana præcedentiæ 24. Maij 1600. coram Cardinali Lancellotto,vbi fuit dictum monachos trium fontium, & Sanctæ Crucis in Hieruſalem de Vrbe, præcedere debere monacos Sancti Euſebij etiam de Vrbe, quia illorum ordo, qui eſt Ciſtercienſium prius inſtitutus,& approbatus fuit,quam Ordo iſto iſtorum, qui eſt Cæleſtinorum.

10 Septima concluſio ſit in præcedentijs Ordinum Regularium,& Confraternitatum, attendatur diſpoſitio Bullæ Gregorij XIII. de qua fusè dicemus in ſumma Bullarii, verbo, Præcedentia.

11 Octaua concluſio ſit, vt in materia præcedentiæ attendatur conſuetudo, ad latè tradita per D.Ricc.reſolut. 272. ex eo quod conſuetudo aſſignant loca ſedendi, & non poteſt præpoſterari, Menoch.conſ.51. num.49. & ſeq.lib.1.conſ.126. n.3 lib.2. cui addo Molfeſ. in conſuet. Neap.par.1. cap.5. nu.18. & ſeq.Medic. deciſ. March.21. Anna conſ.40.nu.40. & eundẽ D.Ricc.collect.dec.1069. par.4. & ſic fuiſſe deciſum in Rota Romana,teſtatur in vna Militen. præcedentiæ 10.Iunij 1577.Seraphin.dec. 335.p.1. Rota dec.596. p.4. & præcedentia in proceſſionibus ſecundum conſuetudinem ſeruari debere,inquit idẽ dec.402.maximè quãdo præcedentia non eſt violenta,nec turbatiua, & abſque contradictione,vt refert iudicatum in vna Calaguritana preheminentiarum 13. Nouemb. 1591. refert idem Seraph.dec.964.

Quæ conſuetudo inducitur per duos actus præcedentiæ, ſecundum Abb. in cap.monaſteria,nu.5.& 6. & in cap.cùm decorem,de vita & honeſt.cleric.Roman. cõſil.163.Caualc.dec.31.par.2. Gail.obſer.31.lib.2. Maſcar. concl.424. nu.16. cum ſeqq. num. 1. & Rota deciſio. 72. nu.2.

Du-

12 Dubium tamen inſurgit, per quantum tempus inducatur iſta cõſuetudo,& Rota in vna Seguntina præcedentiæ 23.Iunii 1609. coram Pamphilio, voluit induci ſpatio decem annorum, dixerunt ante Maſcard. concluſ.224.nu.24.cum ſeqq. de probat. volum.1. vbi plures Doctores congerit Pariſ.cõſil.25.nu.58.cum ſeq. tom.1. & firmauit Rota in nouiſſima deciſ.629. num.5. par.1. quos refert,& ſequitur Macerat.reſol.103.nu.5.

Contrariam tamen opinionem tenuere Purpur. in l.1.n.201.ff.de offic.eius,poſt Sicul.conſ.5.lib.2.Aretin.cõſil.13.num 11.Roland.conſ.5. num.21.lib.1 & Gratian.latè diſcept.forenſ.cap.492.n.10. firmante in huiuſmodi materia attendi præſcriptionẽ quadraginta annorum, imò quando eſſet irrationabilis, eſſet impreſcriptibilis, voluit eadem Rota coram Sãctiſſimo Ludouiſio,vt in eius dec.310.

Sed vt iſtæ duę opiniones ac Rotę deciſiones reducantur ad concordiam,dico quod vel conſuetudo repugnat iuri communi abſolutè in omnibus caſibus,& locis, & ſine aliqua cauſa prę ferret minus dignum,magis digno, & habebit locum ſecũda opinio, aut concurreret aliqua qualitas,& ex aliqua cauſa rationabili minus dignus præferretur, illo caſu conſuetudo non eſſet irrationabilis ſecundum,Menoch.conſ.52.num.99.& ſeq. & vide hanc reconciliationem in addit. ad deciſ. dicti Sanctiſſimi 124.p.1.

13 Nona ſit cõcluſio,vt pręcedentia ſedendi in Eccleſia ab Epiſcopo,non ſit permittenda,Marta dec.88.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio textus, in quibus procedat, in quibus vero non, remiſsiuè nu. 3.*

2 *Officiales vltra demandatam iuriſdictionem prohibentur in aliena ſe intromittere.*

4 *Baro vſurpans alienam iuriſdictionem in cauſis ſibi à Rege non conceſsis in priuilegio, quam pœnam patitur, remiſsiuè.*

5 *Non Doctor aſſumens nomen Doctoratus, punitur.*

6 *Prælatus, vel Præsbyter nõ habens ius abſoluendi, ſi abſoluat abſolutio non tenet.*

7 *Aſſumens Præsbyteratus ante legitimam ætatem abſque licentia, ſtatim eſt ſuſpenſus.*

Men-

8 *Mendicantes validi, puniuntur.*

9 *Binus actus requiritur adhoc, vt quis incidat in pœnas textus infraſcripti.*

10 *Turbatio debet fieri de facto extra iudicium, & non de iure.*

11 *Vſurpans alienam iuriſdictionem, an peccet in foro poli, remiſsiuè.*

Vt dignit. ordo ſeruetur. l. 1.

1 VSurpans ſcienter honorem ſibi indebitum punitur crimine ſacrilegii, prout diſponitur per textũ noſtrum, vnde per pragm. 1. de iuriſd. inui. non turb. fuit
2 prohibitum officiales vltra demandatam iuriſdictionem
3 in aliena ſe intromictere, quę pragm. cum textu, in quibus caſibus procedat, vide Foller. in conſtit. de quęſtionibus, num. 14. Menoch. conſ. 230. Borrell. d. conſ. 10. in quibus verò non procedit, & ceſſet huiuſmodi pœna, vide Rubi. conſ. 69. nu. 71. cum ſeq. vol. 2. Et Baro qui
4 vſurpat alienam iuriſdictionem in cauſis ſibi non conceſſis per Regem in priuilegio inquam pœnam incidit, Maranta conſil. 174.
5 Quarepro corroboratione huius textus facit, nam non Doctor aſſumens nomẽ Doctoratus poteſt puniri, iuxta doctrinam Bart. in l. eos, ff. de crim. fal. Vt etiam
6 Pręsbyter, vel Pręlatus non habentes ius abſoluendi, ſi abſoluat, abſolutio non tenet, ad glo. in cap. dudum, verbo, deceptę, de elect. & elect. poteſt. Et à ſimili aſ-
7 ſumens Pręsbyteratũ abſq; licentia, ipſo iure eſt ſuſpenſus, Sayr. dec. 4. de Cler. excomm non adminiſtr. D. Ric. dec. 230. p. 3. vbi latè, vt pa-
8 riter mẽdicantes validi puniuntur pœna de qua ſupra in l. vnica, de mendicantibus validis lib. 11.
9 Tamen aduertas, quod adhoc, vt quis incidat in pœnam ſupradictam requiritur, ſaltem binus actus, pulchrè Borell. conſ. 10. n. 11.
10 vbi ſubdit, quod turbatio debet fieri de facto extra iudicium, & non de iure, de Pon. dec. 13. n. 6. & quod dolo & ſcienter vtatur, & quod in vſu perdurauerit per aliqđ tempus, ex quo magnum præiudicium ſequatur, Villadeg. in for. iudicial. lib. 1. tit. 2. l. 16, num. 14. & num. 2. ſi peccet in foro poli vſurpãs iu-

iuriſdictionem, & remictit ſe ad Nauarr. in manuali confeſſor. c.22.nu.14.& c.25 nu 8.verſ.22.peccat, & c.27. num. 8.

SVMMARIVM.

1 *Medicorum atteſtationi ſtatus circa morbi qualitatem maximè ſi fiat de mandato* Iudi*cis, nu.*2.

De re militari. l. ſemel.

1 PEr hunc textum Doctores firmant concluſionem dicto Medicorum ſtandum eſſe circa morbi qualitatem, & meritò quidem, nam morbus Medicorum teſtificatione probari benè poteſt, imò in effectu probatur Phœbus deciſ. Luſit. 78. eò quia peritis in arte ſtandum eſt, latè Rota in vna Compoſtellana coram Gipſio, vbi fuit dictum, ſufficere vnius Medici teſtificationem, illiuſque fidem in actis præſentatam ſufficere, quod à fortiori procederet vbi Medicus eſſet deſtinatus à Curia pro tali cauſa, prout videmus obſeruari in ſupremis Tribunalibus Regni, in quibus ſpecialiter ſunt conſtituti Medici, vulgò nuncupati, della Corte, vt hic Neapoli.

2 Declara tamen, quod Medicus, vt propriè probet melius ſit, vt teſtificetur de mandato Iudicis, niſi ad id fortaſsè eſſet deſtinatus propriè, & in faciendis huiuſmodi fidibus verſaretur eius officium, vt conſiderauit D.meus Genitor V.I.D. Ioannes Dominicus Nouarius ad fauorem Nicolai Barberij, nam contra ipſum fuit pręſentata fides Medici Vinciprouæ, & allegabatur illam non obſtare, tùm quia Medicus non erat adhibitus de mandato Curiæ ad recognoſcendum vulnus; tùm etiam quia cum iuramento non deponebar ſecundum cõmunem Doctorum ſententiam, quam atteſtatur Couarr.lib.2. var. reſolut.cap.13. nu.4. & Fęlyn. in cap.propoſuiſti, de probat. & ideò cùm non apparebat de mandato Curiæ, præſumebatur quod ſpontè ſe ingeſſerat.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitari tenentur ſubditi ſolũ Principi.*

2 *Subditi cogi poſſunt ad locandum hoſpitia pro neceſsitate hoſpitandi Magiſtratus Regios in domibus ſolitis locari à Principe, non autem à Barone, vt nu. 3.*

4 *Hoſpitari tenentur Principi, Ciuitates Terræ Caſtræ Villæ tam demaniales, quàm Baronales.*

De metatis, & Epidemeticis.

l. in qualibet.

1 HAbetur hic, quod ſubditi Principi tantum tenentur hoſpitari, & non alio, nàm ius hoſpitandi, & hoſpitia gratis recipiendi à ſubditis dicitur regale, vt voluerunt Bald. in l. obſeruare, in princip. ff. de officio proconſul. & leg. Alciat. cõſil. 174. per totum, de Ponte de poteſt. Proreg. ti. de prouiſ. fieri ſol. §. 6. nu. 6. Caſtal. in tract. de Imper. q. 110. caſu 303. quinimò poteſt cogere Princeps ſubditos ad 2 locandum hoſpitia pro neceſſitate hoſpitandi Curiales, & Magiſtratus Regios in domibus ſolitis locari, ſecundum Crauett. conſ. 308. col. 2. verſ. ex quibus infertur, ſequitur Rimin. Iun. conſil. 630. nu. 47. vol. 6. maximè ſi pro Regis ſeruitio pergerent, Mut. ſuper cap. Iacob. Regis 10. nu. 3. & ſeq. Et propterea tale ius non venit in generali conceſſione Caſtri, etiam cum omni Imperio, quia eſt de Principi reſeruatis, Lopez par. 4 tit. 25. lib. 6. verbo, deuenlos ſeruir, vbi glo. vide etiam Capibl. de 3 Baron. prag. 1. nu. 332. vbi Barones non poſſunt cogere ad accomodandum, vel hoſpitandum, vt ſolent Barones grauare mictendo foraſterios venientes pro negotijs ad ipſum ad hoſpitandũ modo apud vnum, & modo apud alterum ex ſubditis, quia hoc prohibitum eſt de iure, ex Crauett. conſ. 74. & ſic fuiſſe deciſum pro Vniuerſitate Theani cum Principe Hoſtiliani, teſtatur ſubdens nu. 333. non vidiſſe in aliqua inueſtitura, cuiquam Baroni hoc conceſſum, ſed data hac prærogatiua Baroni in ſpecie debet intelligi, ac declarari, vt in modico lędat vaſſallos, vt ſcilicet procederet in tranſitu cauſa viſitationis, vel ex alia iuſta cauſa, ex Ioann. Andr. in addit. ad Specul. tit. de feud. §. quoniam, col. penult.

verbo

Digitized by Google

verbo, & nota quod vaſſalli. Ioſeph de Seſse in tract. de inhib cap. 4. §. 7. nu. o. vltra eos addo Crau. conſ. 3c8. n. 1. cum ſeqq. Auil. c 8. Prætor. glo. dineros, nu. 7. Paz. conſ 3. num. 97. Bouadil. lib. 2. Polit. cap. 16 num. 116. & Cancer. var. reſolut. lib. 3. cap. 5. n. 63. Sed ipſe moram ſuperfluam non debet facere in hoſpitijs. Bald. de pace conſt. verbo, moram ſuperfluam, & neque ius cenãdi ex quauis pleniſſima conceſſione debetur Baroni in eorum aduentu, niſi antiquiſſima eſſet conſuetudo, idem Capibl. nu. 335. ex l. fin. C. de profeſſ. lib. 10 & Seſſe loco ſupra citato, & habes etiam apud dictum Capiblanc. in ſeqq. nu. in quibus alijs non poſsit Baro compellere vaſſallos.

4 Ideo cùm hoc ius hoſpitandi competit tantum Regi dicendum eſt, ſingulas Ciuitates, Terras, Caſtra, & Villas tàm demaniales, quã Baronales teneri hoſpitari, l. 1. C. de Epiſcop. & Cler. Afflict. dec. 265. in fine, Alciat. d. conſ. 74. de Ponte de poteſt. Proreg. loco ſuperius allegato, quod maximè haberet locum tempore belli, vt notat Koppen. deciſ. 59. nu. 27. poſt alios ibi relatos. Tamen quãdo prædictæ Ciuitates, ſiuè Terræ tàm demaniales, quàm Baronales in ſpecie ſunt priuilegiatæ, prout in Regno Siciliæ ſunt Ciuitas Panormitana, & Meſſanenſis, & plures aliæ Vrbes, hoc caſu non tenentur hoſpitari, & ſunt exẽptę de quibus plenè habetur per de Ponte nu. 10. & ſeq. Surg. de Neap. in annot. cap. 21. priuil. 42. & ſic etiam Barones in hoc Regno Neapolitano poſſint reſeruare ſibi vnam ex eorum Terris pro camera, & pro dicta cauſa accipere pecuniam à vaſſallis, ſecundum Vrſill. ad Afflict. dec. 101. vbi refert ita iudicatum, eaque poſt modum ab onere prædicto exepta eſt.

Sed quia poſſet quęri, qui ſunt exempti ab hoc onere hoſpitandi, vide ſupra in l. vnica, C. de priuil. corporat. vrb. Rom.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio textus.*
2 *Senex habet electionem fori.*
3 *Maior 55. annis, à quibus muneribus excuſetur.*
4 *Teſtes ſenes examinantur domi.*

5 *Senes non poſſunt torqueri.*
6 *Elemoſyna eſt potius diſtribuēda ſeni, quam iuueni.*
7 *Senex præfertur in beneficiorū conſequutione.*
8 *Septuagenarius non poteſt carcerari pro debito ciuili.*
9 *Senibus teſtibus maior fides adhibetur quam iuuenibus.*
10 *Senes & infirmi æquiparantur, quo ad abſolutionem petendam à Sanctiſſimo*
11 *Senectus æquiparatur infirmitati, quoad obtinēdam coadiutoriam.*
12 *Senex quis dicatur.*

De Thiconibus. l. finali.

1 EX diſpoſitione huius textus clarè colligitur, vt minor debeat ſeruire maiori cui conuenit, cap. ordo 33. q. 5. & ratio videtur eſſe de iure naturali, ſecundum Capibl. ſingul. 164. Vnde pro choronide placuit recenſere nonnulla priuilegia ſenectutis.

2 Priuilegiatur primò in beneficio electionis fori, ad latiſsimè tradita per Nouarium fratrem in praxi elect. fori q. 18. ſect. 1. quod tantò magis procedit, quando sūt decrepiti, vt morbo vexati, quidquid dicat Viſcont. in ius concluſ. verbo, ſenex.

3 Priuilegiatur ſecundò per tex. in l. manifeſti iuris, C. qui ætate, vel profeſſ. ſe excuſ. lib. 10. vbi maior quinquaginta quinque annis excuſatur à muneribus perſonalibus, ſecus à realibus.

4 Priuilegiatur tertiò, quod teſtes ſenes examinantur domi, Balb. deciſ. 300. hoc autem procedit, quādo ſunt ſeptuagenarij, nam non poſſunt cogi ad teſtificandum, ideſt venire ad domum Iudicis ad ſe examinandum, cùm debeant examinari in eorum domibus, ad quas Iudex tranſmittit Notariū ad hūc effectum examinis, Farin. alios referens de teſt. q. 77. nu. 59. vſque ad nu. 67. Menoch. de arbit. Iud. caſu 60. nu. 9. & præſumpt. 46. n. 2. lib. 6. & Nouarius frater in prag. 4. de act. & eorum ſalar.

5 Priuilegiatur quartò, quod in cauſis criminalibus non poteſt ſenex torqueri, iuxta l. ſi quis in graui, §. ignoſcitur, ff. ad Syll. Gram. dec. 34. Caualc. dec. 34. nu 18. par. 5. ſenes enim in delictis mitius puniuntur quam iuuenes, l. 1. ff. de term. moto, cap tanta, vbi And. d. 86. diſtinct.

Hoc

Hoc autem venit declarandum quoties eſſet robuſtus, quia hoc beneficium ei conceditur propter debilitatẽ, quam habet in eius perſonam,ergo illa ceſſante, ceſſare debet, & eius priuilegium,vulgato cap.cùm ceſſante,de appell. quare cùm hic caſus accidiſſet in Curia Archiepiſcopali me protectore illius cauſæ, fuit voti D. Riccius tanquam vnus ex Iudicibus dictæ Curiæ, eſſe exhibendam perſonam carcerati,& ſic fuit exequutum,& deinde Curia prędicta iudicauit ex eius voto relegandum eſſe extra Prouinciam per ſeptennium, prout apparet ex deciſ.eiuſdem 233. par. 3. vbi refert deciſum, ſexagenarium non poſſe condemnari ad triremes niſi eſſet robuſtus.

6 Priuilegiatur quintò, vt elemoſina potius ſeni,quam iuueni ſit diſtribuenda,cap. conſideranda 96. diſt. Surd. de alim.tit.1. q.96. num.27. quoniam lex ſenibus, vbiq; fauet Tiraq. de pęn. cauſ.8. Maſcard.concl. 1295.num.5. Gram.conſ.ciuil.6. Menoch. præſumpt.47.

7 Priuilegiatur ſextò,quod ſemper in beneficijs præbẽdis ſenior eſt præferendus de Curte de iure patr.verb. honorificum nu.42.Bal.conſil.167.vol.4.Guttier.conſ.12 nu. 30. & idem dicendum erit in præcedentijs, vt de vtroque caſu loquitur D. Ricc.dec.28. nã maior probitas præſumitur in ſene, quam in iuuene, cap.ſi officia,59.diſt.cap.porrò 84.diſtinct.

8 Priuilegiatur ſeptimò,nã ſeptuagenarius non poteſt detineri in carceribus pro debito ciuili,prout fusè ſcribit Gratian.diſcept. forenſ. cap.328.& 506. ſed aſſignãdum erit ei totum palatium pro carcere, ſecundum dec. Caualc. 123. quæ fuit ſuperius relata in l.nemo carcerem, de exact. tribut.lib.10. nu. 16. & vide latè Thor. in eius compend. deciſ.verbo, ſenex ſexagenarius, & fuit obſeruatum per Curiam Archiepiſcopalem in perſonam D. Aſcanij Ramieres, licet de hoc fuerit appellatum ad Sanctiſſimum.

9 Priuilegiatur octauò, vt ſenes ſint magis teſtes fide digni quam iuuenes,Borrel. in ſumma deciſ.tit.14.nu.30. vndè non mirum, ſi ſeniorũ dicto potius ſit ſtandum quam iuniorum, & in teſtimonijs ferendis veracior eſt

eſt ſeniorum ſermo quam iuniorum, cap.notificamus, & cap.cõſanguineos 35.q.6. & meritò fuiſſe deciſum in Senatu Veneto, quod teſtibus paribus numero haberi rationem ad teſtes ſenes,ita vt iudicandum ſit,ſecundum depoſitiones teſtium ſeniũ, teſtatur Triuiſ. deciſio. 55. par.1.

10 Priuilegiatur nono, quod ſenes, & infirmi æquiparantur quoad abſolutionem perendam ab excommunicatione in Curia propter percuſſum Clericum, à qua licet quis debeat abſolui ſolum à Summo Pontifice, tamen aliud eſt in infirmis, & valetudinarijs, ſeù impeditis quacunque corporis impotentia, qui etiam ab Epiſcopis abſolui poſſunt, ſiuè infirmitas ſit incurabilis,ſeù periculoſa,ſiuè ſit lõgus morbus ſiuè temporalis, & ex itinere timeatur acceleratio mortis, c. quod de his, de ſent.excom. Sair. de cenſur.lib.3.cap.28 nu.24 vbi ampliat etiam ſi non immineat periculum mortis,vt in febri tertiana,quartana,aut podagra, Nauarr. manual.cap.27.n.88. Silueſt. verb.abſoluto ſ.9.n. 3.Quod procedit etiam in ſenibus, qui poſſunt abſolui ab Epiſcopis ſuis; licet ſint fortes ad ambulandum,cap.ea noſcitur,& cap. quamuis, de ſent.excom. Sair.de cenſur. lib.3.cap 28.nu.25. refert,& ſequitur Gratian diſceptat. forenſ.cap.805.p. 5.n.17.

11 Priuilegiatur decimo, quo ad obtinendam coadiutoriam,quia ſenectus æquiparatur infirmitati,cap.vnico de cler.ægrot.in ſexto.Gonzal. z ſuper reg. 8. Cancell. glo.5. §.9. num. 19. & ſeqq. Mandoſ.reg.11.q.5.n.2.adeo vt ad hũc effectum ſufficiat ætas ſexaginta annorum cũ infirmitate, vel ſeptuaginta annorum abſque infirmitate, Verall.deciſio.129 131.& 311.p.2. Pariſ.de reſign. beneſic.lib 5.q 3.nu 55.& idem Gratian.n.29.

12 Quis autẽ dicitur ſenex, arbitrio Iudicis relinquitur, Menoch.de arbit.Iudic.caſu 59.nu.3. & Gratian.diſcept. forenſ.cap.328.nu.2 & ſeqq. & D.Ricc.dec.18.n.18.par.4. vbi Iudex arbitrabitur hoc, iuxta qualitatem perſonarum,latè Nouar. frater de elect.fori q... ſect.2. in vlt. impreſſ.Neap.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Cuſtodes locorum poſſunt eligi, nè damna fiant, vel ne extrahantur merces animalia, vel nè fraudentur gabellæ.*

De delictorum, & itinerum cuſtodia. l.vnica.

1 CVſtodes locorum poſſunt eligi, nè fiant damna, vel nè merces, aut animalia extrahãtur, vel fraudentur gabellæ h.d. ſed an Domini, & priuatæ perſonæ vti intereſſe prætendentes poſſint ſine licentia ſuperiorum tales deſtinare, affirmatiuè dicas, Verum non poterint, niſi defendere, paſcua exigere gabellas, & in fraganti deprehenſos capere, pignorare, & recta via ad Ordinarios locorum ducere, Caſſan. in conſuet. Burg. rub. 1. §. 3. nu. 3. Capyc. & ibi Maſull. dec. 45.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio textus.*

2 *Pater, & Filius ex iuris fictione pro vnica perſona reputantur.*

3 *Filius perſonæ priuilegiatæ gaudet fori electione.*

4 *Aduocati perpetuo electi in Republicæ patrocinium, ſi decedunt eorum filij, potius eligi debent, quam extranei.*

De Filijs Officialium. l. 1.

1 FIlij eorum, qui habuerũt officia à Principe ſolita vendi, vel concedi, mortuis patribus debent præferri omnibus alijs h. d. & ita de Ponte dec. 27. & hoc ex textu in l. fi. C. de impub. & al. ſubſtit. vbi quia maxi-
2 ma eſt coniũctio inter patrẽ, & filium, ita quod ex iuris fictione pro vnica perſona reputantur, latè Nouarius frater in praxi elect. & variat. for. quæſt. 50. ſect. 1. regulam firmans filios perſo-
3 næ priuilegiatæ habenti fori electionem gaudere eodem beneficio electionis fori.

Et facit pro eo, quod cõcludere videtur textus noſter, vt ſi Aduocati perpetuò
4 electi in Reipublicæ patrocinium decedant eorum filij ſuperſtites, ac DD. potius eligi debent ab ipſa Repu-

bli-

blica, quam alij extranei, Maſtrill.de magiſtrat. lib. 1. cap.28.num.2. vbi plura cumulat ad ornatnm huius textus, vide Capiblanc. ſingul. 60.

SVMMARIVM.

1 *Actuarij debent eſſe annales.*

De numerarijs actuarijs. l.officio.

1 PEr hunc textum fuit diſpoſitum actuarios debere eſſe annales, & eſt ſancitum etiam per cap.Regn. Item quod prædicti Officiales,ſub tit.quod offic.& act. ſint ann. vbi latè Campagn. vide Ann.ſing.369.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio textus.*
2 *Munus infraſcriptum, an ſit perſonale, vel reale.*
3 *Officiales,& Magiſtratus Regij poſſunt capere animalia, & naues ex ſpeciali Principis priuilegio, ſoluta tamen mercede.*
4 *Vniuerſitates poſſunt à Ciuibus capere equos,& naues, eis inuitis ad deferendum granum, ſeu annonas ad Ciuitatem.*
5 *Vniuerſitas ad teneatur ad dãnum,ſi ex inde annonæ deperdantur, vel deteriorentur.*
6 *Barones an poſsint capere animalia currus naues, & ſimilia, cauſa aliquid aſportandi.*

De Curſu publico. l. 2. & 3.

1 EX his colligitur, quod ad Principem ſolum pertinet ius vehendi res de vno loco ad alium cum curribus,æquis, & nauibus ſubditorum,& ſic vt cùm eorũ plauſtris, ſeù curribus portent lignamina pro galeis faciendis,vel alias res hoſtiles,ſeù annonas,& ita Andr. & Affl.in cap. vnico regner ſextis,lib.2 de reg.c.13.n.17.
2 vbi ponit,an hoc manus patrimoniale, & reale ſit, vel perſonale, licet iuſtum pretium ſoluere debeat, ſecundum eundem Andr. & Affl. qui ait, quod ſufficit Regi, quod eis inuitis recipiat eorum animalia, vel naues, Roland.conſ.69.n.15. & ſeq. vol.2.Nact.conſ.554. num.1. & ſeq.Surd.conſ.93.n.9.& 12 Decian.reſponſ.69.n.4.vol.3. & Peregr. de iure fiſc. tit.1. nu.27. quod quidem pretiũ ta-

taxatum eſt, vt in Conſt. Regni ſic noſtra ſeruitia, & in alia, incip. omnes Officiales, vbi Affl. nu. 1. & 2. Paris de Put. de ſynd. verb. captus, §. an Officialis, per totum, & in verſ. Officialis ſi ſtatum in fine, qui ampliant prædicta ex ſpeciali Principis pri
3 uilegio ad Officiales, & Magiſtratus Regios, qui benè poſſunt capere animalia, & naues, ſoluta tamen mercede, ad tradita in d. Conſtit. Omnes Officiales, imponētem pœnam ibi contentam, vbi addentes & præcipuè Tapia ſubdens, Conſtitutionem illā præceſſiſſe ad euitandum grauamina, de quibus Burſat. conſ. 335. nu. 11. vol. 3. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. §. 2. nu. 50. & ſequen.
4 idemque procedit in Ciuitate, ſeù Communitate, quæ poteſt capere animalia priuatarum perſonarum, vel naues eis inuitis ad ferendum granum ſeù annonas ad Ciuitatem, vt dixit Bart. in l. iubemus nullā, la prima, C. de ſacroſ. Eccleſ. vt lex, conſ. 190. nu. 13. vol. 2. Montanar. de admin. Vniu. prag. 2. num. 70. & de Ponte d. tract. tit. de abund. Ciuit. nu. 16. & 27. cum ſeq. & hoc
5 caſu ſi deperderentur, vel aliud ſimile detrimentum paterentur teneretur Ciuitas ad refectionem damni, tex. eſt in l. 1. C. de nauib. nō excuſ. li. 11. ſecus verò ſi voluntariè vigore ſimplicis locationis captæ fuerint, tunc enim ad nihilum eſſet obligata, vt fuiſſe iudicatum refert de Ponte dec. 17. per totam, quia non tenetur de caſu, l. 1. & l. iudicio. C. locati.

6 Sed an hoc ius competat Baronibus, & videtur negatiuè dicendum, niſi id de conſuetudine fuiſſet receptum, vt tradit Put. de ſynd. tit. de exceſſ. Baron. num. 1. & ſeq. Auiles in cap. 17. Prætor verbo, rationabiles pretio, num. 35. ſed hodie quaſi in omnibus feudorum conceſſionibus apponitur clauſula, cum angarijs, & perangarijs, licet cauere debeant nè ſubditos vltra ſolitum grauent, l. cùm ſatis, §. caueant, C. de agricol. & cenſet. lib. 11.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio textus:*
2 *Officia duo diuerſa in eodem loco exercere, quis prohibetur.*

Bb *Onere*

3 *Onere duplici nemo grauari debet.*

4 *Deficit ambobus, qui vult ſeruire duobus.*

5 *Officia duo incompatibilia poteſt quis exercere.*

6 *Officia duo quorum vnum eſt in titulum, aliud verò in commendam poteſt quis exercere.*

7 *Officialis duo officia gerens, poteſt ambobus priuari, quando in vno commiſit falſitatem, & an pro vtroque debet ſtare in ſyndicatu, nu. 8.*

De Cohortalibus. l. quiſquis.

1 LOquitur textus iſte, quod obligatus cohorti etiam ex priuilegio Principis conceſſo motu proprio ad dignitatem aliam non aſpirabit, & carebit effectu priuilegij, & commodum cohartalis militiæ non habebit, ex quo colligitur,
2 quod officia duo diuerſa in eodem loco exerrere, & adminiſtrare quis prohibetur latè Tuſc. in ſuis concluſio. concl. 97. lit. O. & quamuis hæc quæſtio fuit ſupra declarata in l. 1. C. quemadm. ciuil. mun. indic. li. 10. tamen nonnulla etiam hic apponere libuit, & ratio huius tex-
3 tus, quia duplici onere nemo grauari debet, l. nauis onuſta, §. cùm autem, ff. ad l. Rhod. de ſact. l. ſticcho, in fine ff. de vſufr. leg. l. Titia cùm teſtamento, §. qui in vita, ff. de leg. 2. glo. in l. 1. C. de mulier & in quo loco, Crau. conſ. 111. num. 8. & conſ. 201. nu. 23. Franc. dec. 87. n. 5. Menoch. conſ. 9. nu. 4. & conſ. 14 nu. 1. & conſ. 21. n. 13. & conſil. 32. nu. 40. cum ſeq. & conſil. 75. n. 9. Surd. conſ. 115. n. 14 cum ſeq. Pereg. de fideicom. art. 1. nu. 33. & art. 34. nu. 72. Molin. de primog. lib. 1. c. 4. n. 10. nouiſſimè Farinac. dec. 672. n. 3. in fine, tom. 2. par. 1. & Macerat. var. reſolut. lib. 1. reſolut. 97. nu. 4. & reſol. 111. nu. 40. & non facilè creditur duabus neceſſarijs rebus poſſe quem ſufficere, vnde qui binos lepores vna ſectabitur hora, vno quandoque
4 quandoq; carebit vtroq; glo. in l. fin. C. de aſſeſſor. & deficit ambobus, qui vult ſeruire duobus, & Ariſt. lib. 2. & 4. polit. dixit, quod ſinguli ſingula rectè côficere poſſunt, plurima verò minimè etſi facere quis conatur in ſingulis deficiet, itaut nullus egregius euadet.
5 Nota tamen hanc côcluſio;

ſionẽ non procedere quādo officia eſſent compatibilia, l.ſi conſul. ff.de adopt. l.iubemus, §.ſanè, C. de ſacroſ. Eccleſ. Angel. in §. cumque hoc, in 1.notab. in prohem. inſtit. Lapus allegat. 99. eſt etiam textus in l. pen. ff.de offic. aſſeſſor. vtputa ſi duo officia eſſent vnita, & coniuncta,ſecundum Dec. conſ. 40.nu.2. vol.1. & ſic pariter
6 non habet locum quando vnum eſſet in titulum, alterum verò in commendam, cap.qui plures 21. quæſt. 1. Oldr.conſ.179. Put.dec.335. nu. 5.Panormit.in cap.eſtirpandæ, §.qui verò, num.27. de præbend.Caſſ.lib.3 inſtit. moral.tit.6.de commen.n.8. & 9.maximè ſi commenda non ſit multum duratura, & non ſit in perpetuum, iuxta opinionem Cancer. var. reſolut.lib.3.cap.8. num.74. cum ſeq.
7 Sed an Officialis,qui duo gerit officia ob falſitatem in vno commiſſam poſſit ambobus priuari, vide Cabed.dec.71.ſub nu.2.p.1. vbi
8 affirmatiuè,&an debeat pro vtroque ſtare ad duos ſyndicatus affirmatiuè Angel. in §.illud,Auth.vt iudic. ſine quoq.ſuffrag. coll.2.

SUMMARIUM.

1 *Officialis non poteſt eſſe in patria ſua, ſiue ſit Ciuis ratione originis, ſiue domicilij, nu. 4. quod limitatur, vt nu 6.*

2 *Actuarij prohibentur exercere in patria propria.*

3 *Officia in ſuburbijs propriæ patriæ exerceri prohibentur.*

5 *Ciues non poſſunt ſubrogari in officijs per modicum tempus.*

De diuerſis officijs. l. nullus apparitor.

Diſpoſitio huius textus concordat cum l.ſi eadem, ff. de offic. aſſeſſ. vbi
1 nullus poteſt eſſe Officialis in patria ſua,& de hoc vide Franc.Marc.dec.634. par.1. Roman.conſ.216. & D.Ricc. collect.1078. & rationabiliter,nè vti Ciues ciuibus præſint,& nimia indulgentia illis parcant propter notitiam,& familiaritatem,quā habent, ſeù habere præſumūt, aut veteri odio præter modum in illas ſeruirent, à ſcopo iuſtitiæ, & veritatis ab errando,contra notata per Foller. in praxi crimin. §.ſtudeat ſe ornare, nu.4. & clarum eſt Magiſtratus, nec prece amicorum affinium,

aut ſanguine iunctorũ amore,odio,vel rancore moueri debere, cap.1.3. q.5. c.quatuor, & cap. quicumque 11. q.3.c.cùm æterni, de re iud. in 6.clem.1.vbi gl. de hæret. & eò magis quis in patria ſua iudicare prohibetur, quia difficillimè illi ſubditi parerẽt, iuxta dictum Thomæ, quod nimia familiaritas contemptum parit, & faciunt notata per Caput. de regim.Reipubl.cap.3.n.1 & 2.

2 Quę diſpoſitio ampliatur procedere etiam in actuarijs,iuxta deciſa per Franc. dec.38.& ibi additiones nouiſſime.Capibl.prag.3.n.142 de Baron.& Teſaur.dec.268 & paſſim obſeruatur per M.C.V. per quam relaxantur prouiſiones, nè ciues exerceant officium. Actuariatus in eorum Terris.

3 Ampliatur ſecundò, vt non tantum prohibeantur hi qui ſunt ex Ciuitate, ſed etiam qui ex ſuburbijs,cùm appellatione Ciuitatis veniant ſuburbia, l. vxores §.legauerat cuique,ff.de legat.3.Affl.dec.384.n.7.Bart. in l.2.ff.de verb.ſignific.& ex ſuburbijs eliguntur Magiſtratus,vt ex Ciuitate, latè Nouarius frater in praxi elec.for.q.38 ſect.2.vbi omninò videas.

4 Ampliatur tertiò, vt non tantum prohibeantur ciues ratione originis, ſed etiam domicilij,Dec.d.l.ſi eadem nu.5.de offic.aſſeſſ. cùm domicilium faciat quem Ciuem,l.priuilegia,ff.ad municip. Tamen non ſufficit ſola conſtitutio domicilij, niſi interueniant requiſita, per nos tradita ſupra in l. nec ipſi,de incol.lib.10.

5 Ampliatur quartò, vt neque in eorum loco poſſint ſubrogari ciues in officio ab Officialibus exteris, niſi tamen per modicũ tempus, Guttier.pract.qq.lib.7.q.34. in fine,Franc.d.dec.98. nam modicum tempus non habetur in conſideratione, & ſic ſeruatur, & poſt alios fatetur Maſtrill. de magiſtrat. lib.2.cap.7.n.78.

Sed pulcrum eſt quærere, quod dicatur modicum tẽpus,adhoc vt Ciues poſſint ſubrogari Locumtenentes Officialium, Reſpondeo, poſſe verificari in ſpatio quindecim dierum,itaquod valeat Capitaneus ſubſtituere ciuem loco ipſius, vt pluries deciſum fuiſſe per S.C.fatetur Borr.de magiſt. lib.1.cap.5.in fine.

In

6 In duobus verò caſibus reperio limitatam diſpoſinem noſtri textus, & primò quoties ciuis eſſet vir eminentiſſimè ſcientiæ, iuxta obſeruat.Miſing.cent.3. obſeru.3.vel ſanctiſſimæ vitæ, nam hoc caſu ceſſaret mens diſpoſitionis,& ratio legis, qua ceſſante debet, & ceſſare ipſa diſpoſitio. Secundò limitatur in Tribunalibus S.R.C. & in Curia Archiepiſcopali huius Fideliſſimæ Ciuitatis, in quibus poſſunt omnes eſſe eiuſdem patriæ,vt per relata per *D.* Ricc.d.collect.1358.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio textus.*

2 *Remotus ab officio, non poteſt nec ad illud nec ad aliud, vt nu.6. promoueri, nec eſſe aſſeſſor,nu.4.*

3 *Accuſatus medio tempore an exercere valeat officium.*

5 *Condemnatus priuatur ſalario officij.*

7 *Condemnatus pendente appellatione à ſententia exercere prohibetur officium.*

8 *Condemnatio in hoc caſu attenditur perpetua.*

9 *Remotio ab officio intelligitur ob cauſam ignominioſa.*

De diuerſis Officijs. l. quicunque.

1 Condemnati ob negligentiam,vel culpam, ad nullum munus habeant facultatem aſpirandi h. d. ex quo firmatur regula, quod ab officio remotus,
2 nec ad illud, nec ad aliud amplius promoueri poteſt, textus eſt in l.Iudices,ſupra de dignit.& in l.2. de palat. ſacr.lib.12.Vbi Officialis ſemel in officio culpabilis iterato ad eandem militiam non aſpirabit,nec etiam aliã acquirere poteſt, l. ſi aliquid,C.de ſuſcep.& archar. lib.11.cuius ratio hæc eſt,ſiquidem ob turpitudinem,& infamiam in quam incidit repellitur ad Senatum redire,dignitateſque amictit,vt notatur in l.2.ff.de Senat.& eſt expreſsè prouiſum in Regno per cap.45.ſub Rege Ioanne,& 118.ſub Rege Ferdinando, quæ fuerunt confirmata per Catholicũ noſtrum Regem de anno 1596. hinc meritò vt auditur, Inuictiſſimus noſter Rex,mandauit Illuſtriſs. & Excellentiſs.noſtro Proregi, ac Illuſtriſs.Viſitatori, vt diligenter ſe informent de Officiali-

llbus tàm Mag. Cur. Vic. quàm S.R.C. Regiæ Cameræ Summariæ, ac pariter Collateralis; ſed non credo, cùm dicti Officiales, ſint ſpectabiles, & Viri timoratę conſcientiæ, & inter alios Dominus meus ſemper obſeruandiſs. D.Franciſcus de Ocampo, cuius virtute, & valor vbique patent tàm in hoc Regno Neapolitano, quàm in Hiſpania, via quidem integerrimus, quem omnipotens ad altiora tollat, & incolumen ſeruet.

3 Ampliatur primò, vt id procedat etiam ſi tantum fuerit accuſatus, quoniam hoc medio tempore non debet ad nouos honores aſſumi, l.reos criminis, C. de infam.lib.10.& l.1.& tot.tit. C.de reis poſtul.l.reus delatus,ff.de muner.& honorib. vbi Bart.refert Dinum afferentem,quod iſte caſus non reperitur,Cabed.dec.84.n.8 p.2.& ſubdit, quod infra annum retinet honorem, l. libertus,§.in quo,ff.ad munic. verum pendente inquiſitione non prohibetur exercere, niſi conſtet de delicto graui, ob quod prohiberetur ei exercitum,vt eſt videre apud Franc.dec.8.

4 Ampliatur ſecundò, vt ſimilis condemnatus,nec poſſit eſſe aſſeſſor, quia eadem militat ratio,ad notata per Put.de ſynd. verbo, aſſeſſor, & ſequ.licet poſſit eſſe conſultor,vt dixit Bald. in auh. ingreſſi, C.de ſacroſ. eccleſ. Auend.de exeq.mand.cap.9. ſub n.16.verſ.tertius caſus, in fine.

5 Ampliatur tertiò, vt non tantum priuetur officio, ſed etiam ſalario officij, D.Ric. dec.Cur.Archiep.Neap.192 par.2. vbi quod eius bona illi officio confiſcantur, & amplius ad eum non admittitur, nec per reſcriptum Principis niſi ſpecialiter derogetur iuribus prohibitorijs, qua de cauſa cùm fuiſſet miſſus quidam ex curſoribus dictæ Curiæ Archiep. ad citandam quandam mulierem,& acceſſiſſet ad eam pro hac cauſa, & tentaſſet illam carnaliter cognoſcere ipſa Curia Archiepiſcopalis eum officio priuauit, vt teſtatur ipſe D.Author.

6 Ampliatur tertiò, etiam in ijs qui malum nomen habent,quia non debent ad officiũ eligi, nec ad aliud nominari,l.ſancimus,C.ad l.Iul. repet.eſt textus à contrario ſenſu, in l.ſed etſi ex improui-

uiſo,ff.de re milit.l.non omnis,§.barbarius, eod.tit.l.fi. C. de offic. magiſtr. milit. cap. Epiſcopum 63.diſt. §.1. coll.6.Auth.de Iudic. Affl.in Conſt.Vniuerſis,num.50.de Ponte de poteſt.Proreg. tit. de elect.official.§.5.n.2.

7 Ampliatur quartò, etiam appellatione pendente à ſententia priuationis officij,ſecundum Auendan. de exeq. mand.lib.1. cap.19. num.25. Azeued.in l.12.ti.5.lib.3.n.2. Couarr.var.reſol.lib.1. c.16. nu.11.cum ſeqq. Gutt.lib.1. pract.qq.q.39.n.4. Anna ſingul.476. vbi refert ita fuiſſe iudicatum in Coll.Conſ.

8 Limitatur primò,quando condemnatio Officialis facta fuiſſet in perpetuo,ſecus autem ſi ad tempus proceſſerit, eo enim finito ad alia officia admicti non prohibetur,per tex.in l.2.in princ. ff.de decur. glo.in l.quid ergò, §.pœna grauior, verbo, oneraſſet,in fine,ff.de his qui not.infam. Caball.reſol.criminal.d.caſu 121. nu.8. & ſeq. vbi idem dicit de relegatis, ſeù confinatis,qui durante tempore confinationis non poſſunt eligi ad honores, ex glo.in d.verſ.oneraſſet, verſ. ſi quæras,an interim,Menoch.de arb.iud. caſu 330.

9 Limitatur ſecundò, ſeù declaratur id procedere, quando ab officio amotus fuiſſet ob delictum, mali exempli, & cauſam ignominioſam, per tex. in l. eadem lege,& l.lex Iulia,ff.ad l.Iul. repet. ſecus ſi ob minimam, & excuſabilem cauſam remotus fuiſſet, nàm hoc caſu non prohiberetur aſcendere ad alia. Fontanel. de pact. nupt.clauſ.4.glo.10.num.56. par. 1. ſubdens ita fuiſſe determinatum,& ponit, quando dicatur,parua vel magna cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Reſiſtentia permictitur aduerſus facientem exequutionem contra modum.*

2 *Reſiſti poteſt Officiali exequenti iniuſtè.*

3 *Nuntijs publicis pignora capientibus vltra modum poterit reſiſti.*

4 *Satellitibus capientibus aliquem abſque mandato reſiſti poteſt.*

5 *Iudici procedenti ad exequutionem iuſtitiæ, non obſtante appellatione poteſt reſiſti.*

6 *Reſiſtentia eſt licita contra Iudicem procedentem ad torturam abſq; indicijs.*

7 *Reſiſtētia qua dicitur, remiſsiuè.*

De

De Exequutoribus, & Exactoribus.

l.contra noſtra præcepta.

1 FAcienti exactionem cõtra modum, poteſt reſiſti h.d.de hac materia vide Baiar.ad Clar.q.19. Caualc. de bracch.reg.p.2.n.43.cum ſeq. vbi plurimos refert, & Craſſ. de except. except. 21. per totam, ſed ponam nonnullos caſus, in quibus poſſit licite reſiſtentia committi.

2 Primò, Officiali iniuſtè & vltra modum exequenti licet ei de facto reſiſti, l. prohibitum, ſupra de iure fiſci, lib.10.Ann.conſ.7.& præcisè nu.10.

3 Secundò, exequutoribus & nuncijs publicis deſtinatis ad pignorandum, ſi vltra modum pignora accipiant, licitum eſt eis de facto reſiſtere,& exequutori de facto procedenti, vtique poterit reſiſti, Gramm.voc. num.15. Marſil. in l.ædictum, num.3. ff.de quæſt. Clar.ſing.23. Pariſ.de ſindic.verbo, reſiſtentia,cap.2.Marant.diſp.1.n.28 vndè dixit Foller. in Conſt. Regni, Iuſtitiarij nomen, nu.39. quod ſi domus vellet diſcoperiri pro pignore faciendo,poteſt reſiſti.

4 Tertiò,ſatellites nequeũt capere aliquem abſque mãdato,& licentia, quam tenẽtur oſtendere capiendo,& ſi contrarium faciant, poteſt licitè reſiſti,Farin.ti.de carcer.& carcerat.q.32. nu.31. cum ſeq.vbi n.33. non ſolum licitum eſt ipſi capiendo reſiſtere, ſed etiam quilibet tertius poteſt ipſum captũ de manibus familiæ impunem eripere, prout etiam ſi ſatellites vellent aliquem iniuſtè carcerare poteſt ipſe de facto reſiſtere, & ſe defendere idem nu.29.

5 Quartò, ſi conſanguinei, & amici appellant pro eo, qui ducitur ad ſupplicium, & nihilominus Iudex velit procedere ad exequendum poſſunt ei de facto reſiſtere, Bald. in l.addicatos, num.3. C. de Epiſc. Aud. & poteſt reſiſti, etiam cum conuocatione amicorum, & mercẽnariorum,idẽ Farin.d. q.32. nu.29.cum ſeq.

6 Quintò, ſi Iudex iniuſtè non præcedentibus indicijs torſit aliquem, tunc indebitè tortus, ſi Iudicem occidit non debet puniri pœna mortis,ſed alia mitiori pœna,

na,Marſil.ſingul. 455. & in praɑ. §.diligenter, num.58. quem refert Baiard.ad Clar. q.29.nu.11.

Quæ & quando tamen dicatur reſiſtentia, vide Petr ad Gram.deciſio.41.nu.4. & Farin.num.45. vbi non dicitur reſiſtentia niſi actus manualis interueniat.

SVMMARIVM.

1 *Primipilus quis dicebatur antiquitus, & quis hodie, nu.2.*

3 *Bona exercentis officium primipilatus ſunt tacitè obligata Fiſco, quod ampliatur, vt num 4. & 7.*

5 *Vxor Theſaurerij non præfertur pro dote, quando eſt debitor ex adminiſtratione, limita in bonis paraſernalibus, vt nu.6.*

7 *Theſaurerius Regni an teneatur de facto, & an liberetur per ipſorum exhibitionem, remiſſiuè.*

De Primipilis. in Rubrica.

1 PRimipilus antiquitus erat is, qui exhibebat, & curam habebat annonæ militaris, vt eſt videre per Peregr. de Iure Fiſci lib. 6. tit.6. nu.43. Alciat. de præſumpt.præſumpt.41. in fine, reg.3.Menoch.conſ.429.n.5, & conſ.254. nu. 11. Couarr. lib.1.var.reſolut. cap.16.col. 4. num.7. Mantica de tacit. & ambig. conuenct. lib. 11. tit.18.à nu.8.cum ſeq.à quibus omnibus variæ definitiones,& intellectus dantur de primipilo,ſed quia non eſt materia noſtra ad eos te refero.

2 Hodie autem Primipilus officio Theſaurerij fungitur pœcunias Fiſci colligens, qui alias Camerarius appellatur,& adminiſtrat publicas pecunias ſeù rationales,& primus Adminiſtrator rerum Principis ac Regis, ſeù Collector pecuniæ, quæ ſoluuntur Cameræ Apoſtolicæ,ſiuè Imperiali,ſecundum glo.in l.Officiali,& in l.quiſquis, C.de Epiſc. & Cler. Peregr.& Mantic.loco cit.Rebuff.de conſtit. reddit glo.8. art. 1. num.40, tom.2. fol. 407. & Capic. dec. 129. à nu.15.vſque ad 18 & hunc eſſe verum intellectum, dixit Affl.in Conſt. Regni, Patres pro filijs, nu.8. tradens nominatim Theſaurerium generalem eſſe primipilum, idemque concludit Caſtald.

in tract.de Imper.q.110.priuil.257.

Et quamuis hæc dignitas primipilaris non ſit hodie in vſu, vt per Caſtr. in l. 1. C.de priuil.Fiſc. Tamen ſupra oſtenſum eſt, quod hodie loco primilorum veniũt Adminiſtratores,& Theſaurerij Regis, vt eſt videre etiam penes deciſ.Capi.129. nu.12. & 16.

3 Vnde bona dictorũ Theſaureriorũ tacitè ſunt obligata Fiſco pro adminiſtratione, textus eſt in l. ſatis, C.in quib.cau.pignor.tacit. contrah. quod duobus mo-

4 dis extenditur, & Primò, extenditur ad bona dotalia vxoris,vt ex verbis d.l.ſatis apparet,& affirmare videntur Neguſant.de pign. p.5. membr.2.num.27. Peregrin. d.tit.6. nu.43. Mantic. d.tit. 26.nu.8.tit.11.& tit.18. nu.9. & ſic cõtra regulam in hoc caſu tenetur vxor pro marito,& quod vxor generalis

5 Theſaurerij Regis, qui ex adminiſtratione Fiſci debitorem, vt ipſa non præferatur pro dote, nec proſit antea detrahere ſua iura dotalia, placuit Aff. loco ſuperius allegato, & Capyc. dec.129. Licet in bonis pa-

6 raphernalibus eſſet præferenda vxor Fiſco,qui in hoc non haberet priuilegium pro adminiſtratis per primipilum,ſiuè Theſaureriũ, ſicut habet in dote,l.1.C.de priuil.Fiſc. Peregr. num.42. circa medium. Sed nota quod in caſu in quo Fiſcus prefertur doti pro dicta adminiſtratione ſunt prius diſcutienda bona mariti ante quam deueniatur ad dotem vxoris,nam facta huiuſmodi diſcuſſione poſtea in ſubſidium fit exequutio contra dotem vxoris, d l.ſatis notũ, & vide Afi.de exeq.§.7.c.54 nu.2.

7 Extenditur ſecundò,quod textus in d.l.ſatis, procedat etiam in bonis filiorum, quamuis non ſint hæredes patris,vt in l.fin.hoc tit.noſtro, Affl. in cap.1.nu.26. de refratr.de nou.beneſ.inueſt. Capyc.d.deciſ.129. num.17. adeo vt licet filij videantur adire ſoluendo creditoribus paternis, vel ſolutiones recipiendo, vel inhabitando domum paternam cum ſimilibus actibus, at in l. 1. C.de repud.hæred.& l.gerit, ff.de acquir.hæred. Nihilominus aliud eſt in debito primipilari, ſiuè Theſaureriorum à filijs ſoluto, per quod non videbuntur, nec

ce-

cæteris creditoribus tenebantur, cùm in hoc caſu filius teneatur, licet non ſit hæres, & vt dictum eſt, dicitur actus, qui poteſt fieri citra ius, & nomen hæredis, l. quod hęrede, §. Papinianus ff. de acquir. hæred. plures citantur per Bell. in tract. de re milit. tit. 11. num. 11. fol. 432. & plura ad iſtam materiam vide apud de Ponte, in tract. de poteſtate Proreg. §. 8. tit. de regal. impoſit.

7 Sed an Theſaurerius Regni teneatur de facto ſuorũ miniſtrorum, vel per ipſorũ exhibitionem liberetur. Maur. allegat. 93. qui plenè hunc articulum tractat.

SVMMARIVM.

1 *Vtilitas publica præfertur vtilitati priuatæ.*

2 *Vendere quis cogitur pro ornamento Ciuitatis.*

3 *Vniuerſitas quando cogatur vendere.*

4 *Vtilitate publica poteſt quis puniri pro altero.*

5 *Vniuerſitas poteſt vtilitate publica ſtatuere, vt Ciues vtantur territorijs ad alium vſum, quam ipſi volunt.*

6 *Emere frumentum corruptum fauore publico quis cogitur.*

7 *Priuilegiati grauantur vtilitate publica.*

8 *Penuria tempore omnes coguntur vendere frumentum, aliaſque fruges, viliori pretio.*

9 *Teſtatorum voluntates ex cauſa publicæ vtilitatis tolluntur.*

10 *Vtilitas publica facit ceſſare priuilegium, l. ſi quis decurio, ſupra de decurio. lib. 10.*

11 *Minor pars præiudicat maiori in prouidendo Vniuerſitatem de Medico.*

12 *Reg. Cancell. de iur. quaſ. non toll. non procedit in his, quæ fiunt cauſa publicæ vtilitatis.*

13 *Statutum laicorum reſpiciens publicam vtilitatem ligat clericos.*

14 *Intellectus ad l. ade, C. locati.*

De Primipilis. l. vtilitas.

1 Vtilitas publica præfertur vtilitati priuatæ h. d. adde quod concordat cùm l. munerum, §. itẽ, ff. de muner. & honor. l. ſancimus, C. de ſacroſ. eccl. l. vnica, §. fi. C. de caduc. toll. cap. mutationes 7. q. 1. cap. bonæ, de poſtulat. prælat. prælat. vide Surd. dec. 62. n. 9.

Menoch.de arbitr. Iudic.caſu 48.Franc.Marc. dec. 336. tom.1. bonum enim vniuerſale, de neceſſitate debet præferri cuiuſuis particularis bono, l.de pupillo, §.ſi quis riuos, vbi gloſ.verbo, ſecuritatis, ff.de nou. oper. nunciat. l.præcipimus, C.de appellat. Anchar. conſ.298. D.Valenz. conſ.99. nu.7. qui num.14.ait, ratione publicæ vtilitatis poſſe iuri naturali derogari,ex l.1.ff.de vſucap. & conſ.Loffred.14.nu.21.

Ex cuius textus diſpoſitione inferuntur nonnulla notabilia; Et primò infer-
2 tur,vt pro ornamento Ciuitatis cogitur,quis vendere domum ſuam,Teſaur.quæſt. forenſ.64. D.Ricc. dec.138. ſub num. 2. par.1. nam propter publici ædificij conſtructionem priuata dirui poſſe, probat textus in l. præſcriptio, & in l. omnes, C.de oper.publi. & fauore publico cogitur proprium vendere fundum,l.venditor, §.ſi conſtat. ff. comm. præd. l.2. §.ſunt qui putant, ff.ne quid in loco publico, l.ſi locus,§.cùm via. ff.quemadm. ſeru.amiſt.Roman.ſing.784 Gomeſius dec. 97. Menoch. d.caſu 462.num.13. Couarr. var.reſol.cap.14.n.8. Farin. dec.853. quia publicè intereſt Ciuitates ornari domibus,& palatijs, l.Senatus,ff. de contrah.empt.l.cętera, ff.de leg.1. l.ſi quando, & l. nec ſplendidiſſimè,C.de op. publ. & Ideò Officialis poterit deſtruere domum priuata pro ornatu Ciuitatis, Put.de ſynd.§.Iudicis ſuprema poteſtas,nu.26. Roman. ſing.710.

3 Infertur ſecundò, nùm licet Vniuerſitas non poſſit ſingulos obligare,intantum vt non ſufficiat maior pars, & ſic omnes debent conſentire,& interuenire,cùm tractetur de intereſſe ſingulari:vt per gl.in l.2.verbo,aut legem.verſ.non autem ideo C. de quæ ſit longa conſuetudo. Tamen hoc haberet locum, quando Vniuerſitas vellet præiudicare ſingularibus perſonis pro facto, quod non tangeret principaliter ipſam Vniuerſitaté, ſed ſingulos Ciues. vtputa ſi Vniuerſitas fideiuſſiſſet pro priuato, & ratione huius fideiuſſionis vellet obligare bona ſingulorum, tunc enim non poſſet. Secus verò quando haberetur reſpectus ad fauorem publicum, & ad negotium quod ſpectaret ad neceſſitatem, & vti-

vtilitatem publicam, quia hoc caſu per pactum, & ſtatutum Ciuium poſſunt obligari etiam abſentes furioſi & particulares, quaſi tunc negotium ſit principaliter vniuerſorum, & ſecundariò ſingulorum, nam cùm ſinguli poſſent cogi ad ſoluendas collectas pro huiuſmodi cauſa, poterint etiam obligari, Bald. qui ita prędictam gloſam declarat in l. 2. nu. 6. quæ ſit longa conſuet. Nacta conſ. 12. nu. 4. Alex. in l. ſi ſe non obtulit num. 14. de iudic.

4 Infertur tertiò, nam & ſi nemo tenetur de delicto alterius, quia anima, quæ peccauerit ipſa punietur, Tamen cauſa publicæ vtilitatis facit, vt quis poſſit puniri pro alio, Bald. in l. ſancimus, nu. 12. C. de pœni. & in cap. cognoſcentes, nu. 2. de conſtit. Alex. ad Bart. in l. iura, de fabric. lib. 11. Ex quo ſequitur, Vniuerſitates poſſe ſtatuere, vt pro delictis aliorum aliqui teneantur, vel ad emendationem damni illati, vel ad pœnam pecuniariam, quando fiunt ob publicam vtilitatem, vt putà nè depopulationes, aut depredationes fiant, & vt magis reprimatur improborum audacia, Bald. in l. ſi quis non dicam rapere, n. 6. C. de Epiſc. & cler. Oſaſc. deciſ. 88. num. 25. & paſſim admicti præfata ſtatuta, quando illum cauſam reſpiciunt dixerunt Menoch. de arbit. Iud. caſu 345. à num. 9. vſque ad num. 17. Caball. reſolutio. crim. caſu 149. nu 15. cum ſeqq. Gabr. lib. comm. opin. titu. de iur. quæſit. non toll. concluſ. 3 nu. 18. & 19. Dec. conſ 64. nu. 3.

5 Infertur quartò, poſſe Vniuerſitatem ſtatuere, vt ſui Ciues pro vtilitate publica vtantur eorum territorijs ad alium vſum quam ipſi volunt, latè Nouar. frater in quæſt. forenſ. 35. plura à ſimili cumulans, & inter alia, quando res priuatorũ deſeruiunt vſui publico, non poſſunt priuati vti in damnum vtilitatis publicæ, refert Teſaur. in addit. ad patrem dec. 245.

6 Infertur quintò, nam cõpellitur Ciuis emere frumẽtum ab Vniuerſitate, non ſolum bonum, ſed etiã corruptum l. 1. C. vt nemini lic. in empt. Spec. lib. 11. l. 1. C. de condit. inhorr. pub. lib. 10. Gerar. qui plures alios tex. allegat in ſing. 79. Zappull. in prag. 5. n. 7. de admin. Vniu.

7 In-

7 Infertur ſextò, perſonas priuilegiatas grauari ob publicam vtilitatem, l. nullus peritus, ſupra de iure Reip. cui quidem publicæ vtilitati, ſiuè legi ob publicam vtilitatem conditæ renunciare nemo poteſt, etiam cum iuramento, vt habetur in c. ſi diligenti, de foro compet. l. ſi quis inquilinos, § ſi quis ſcripſerit, ff. de leg. 2. Bart. in l. ſi quis pro eo, num. 7. ff. de fideiuſſ. Couarr. in cap. quãuis, p. 2. §. 11. de pact. Viu. cõmun. opin. 574. Affl. in conſt. Diuæ memoriæ, nu. 36. Aym. conſ. 216. Zabarell. conſ. 21. nec priuatorum pacto poteſt ei derogari, l. ius publicum, ff. de pact. Hypolit. cõſil. crim. 9. n. 41.

8 Infertur ſeptimò, vt tempore penuriæ, ob publicam vtilitatem, non ſolum Ciues ſed omnes tenentur, & cogi poſſunt ad vendendum frumentum, aliaſque fruges viliori pretio, vt fuiſſe obſeruatum in hac Vrbe de anno 1569. refert Franc. deciſ. 9. Surd. dec. 275. num. 4. & in tract. de alim. q. 77. nu. 6. tit. 1. Niger in cap. Reg. 238. Hinc Sindici Electi Vniuerſitatum poſſunt cogere tempore penuriæ Ciues ad vendendum frumentum pro viliori pretio, nè Ciues famæ moriantur, Montanar. ſuper prag. 2. n. 59. de admin. Vniu. & ſic pariter poſſunt compellere ruſticos ad portandum victualia in Ciuitate, ſiuè oppido iuſto pretio, mediante, Cappell. Tholoſ. deciſio. 446. fac. 1. deciſ. Peguer. 88.

9 Infertur octauò, nám Princeps ex cauſa publicæ vtilitatis poteſt tollere, aut immutare teſtatorum volũtates quoad fideicommiſſa, & maioratus & ſubſtitutorũ præiudicare, Caſtill. latè cõtrouerſ. iur. lib. 3. cap. 28. à num. 2. cum ſeqq. vbi hoc declarat procedere quando alias publicæ vtilitate conſuli non poſſet.

10 Infertur nono, nám numerus duodecimum liberorum non excuſat à contributione ſolutionis impoſitæ ciuibus ab Vniuerſitate pro ſalario conducti cauſa publicæ vtilitatis, Nouar. frater quæſt. forenſ. 17. poſt Capibl. ſing. 135. impreſſ. poſt tract. de author. Baron. & à ſimili adducitur, quod inquit Mangrell. in addit. ad Bart. in l. quod maior pars, ff. ad munic. vbi minor pars

11 præiudicat maiori, quando tractatur de prouidendo

Vni-

Vniuerſitatem de Medico, ex hoc nulla alia ratione, niſi publicæ vtilitatis.

12 Infertur decimo, vt regula Cancellariç de nõ iure quęſito non tollendo nõ habeat locum in his quæ fiunt ratione publicæ vtilitatis, ita fuiſſe deciſum, teſtatur Seraphin.dec.762.num.4. & 5. & 1445. & quamuis poſſit derogari præfatæ regulæ, dummodò fiat ſpecialis mētio illius, iuxta deciſ. Veral. 30.verbo, regula, & Seraphi. 1082. Tamen ratione publicæ vtilitatis derogatio dictæ regulæ de non tollendo ius quæſitum non requiritur, idem Seraphin. deciſ. 1043.referens fuiſſe iudicatum in vna Meſſanen.Studij 5.Iulij 1593.

13 Infertur vndecimò, nā n etſi ſtatutum laicorum non ligat Clericos, vulgato cap. quæ in Eccleſiarum, tamen quaddo reſpiceret publicā vtilitatem ligaret clericos, facit deciſio Peguer. 50. & Sayr.49. de ſent.excom. vbi ædictum de non aſportando arma, quia eſt introductum fauore publico, ligat clericos, quo ad amiſſionem ſolum armorum, & non pœnā. Couarr.lib.1. pract.qq.q.33. nu.7.

14 Infertur duodecimo, ad tex.in l.æde, C.locati, vbi licet propter neceſſitatem domini expellantur conductor à re conducta, Tamen quando dominus promiſiſſet non expellere conductorem cenſetur renunciaſſe, vt neque pro vſu ſuo poſſit illum eijcere, Gratian. dec. 119.in addit. nu.3. qui nu.4. declarat, procedere, quando neceſſitas eſſet propria cui locator poteſt renunciare, ſecus verò ſi neceſſitas eſſet publica.

F I N I S.

Biblioteca ...
592494

592494

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google